detegere formidat. Considerabis quantacumque etiam principes mundi
ac decori extiterint. Certe ut arbitror nimie.
Si mansionem apud me facere queris. et in ea demorari
te delectat. propter meam pulchritudinem. propter meas divitias
aut propter fortitudinem. famam. sapientiam. et sic de aliis. caveas
precipue ne fallaris. quia hec bona in me non nisi sub mutuo
pervenerunt. et ad bene expendendum ad gloriam domini mei sunt
concessa. et tu vides qualiter hiis frequenter pessime abutor
ad contumeliam domino meo de suis bonis moveo bellum. unde
penitus erubescere debeo. atque expavescere et confundi.
Nunc ergo in me hoc titulo mansionem suscipies. et presenti
quia si diligenter me perspexeris. invenies me totaliter de
formatam per culpam. infirmam. famem. atque ignorantiam.
Nonne insuper in illo huius mundi mari periculoso sum constitu
ta. in tenebrosa obscuritate. in fragili navicula corporis
huius mortalis. inter latrones et predones. aliaque dis
crimina complurima. ubi quolibet hora dampnationis imminet
periculum. Non est profecto tibi superbia hic locus aut status
in me mansionis. Dicis forsitan. quod ego regina et do
mina sum super multos. Et quid inde superbia. Si in carcere
aliquo teneret plures ad mortem condempnati. in gratia
eis impenderet. et ego etiam condempnata cum illis. preficerer
illis ad assistendum. obsequendum et confortandum. que
gloria mihi foret hic sumenda. Presertim si non in hoc meo
leniter fungerer officio. Immo plus debito illos gravare
et opprimere. eorum bona tollendo. a fame perire faciendo.
aut quolibet aliter eos vexando. fatigando. aut persequendo.
Scis quod qui plus accepit. amplius reddere rationem formidabit.

Non igitur hoc titulo poteris in me locum accipere. Verum
quid rursus in occulto innuunt superbia? Vis apud
me forsan hospitari quia te abicio et humilitati ac-
quirende studeo. Nichil bonorum que in me sunt mihi deputo.
sed deo soli ut debeo tribuens. Hinc ei gratias ago.
Miranda quippe res modus quam plurimum alienus. Hic apud
me te velle residere quia te morti trado. Et quod ingenter
stupendum est tuum hostem scilicet humilitatem medium queris
ad ingressum regni mei. Quelibet bona opera mea ele-
mosinas orationes ieiunia pacientiam pietatem ac cetera
similia tibi sumunt auxilio ad statuendum in me regnum
tuum hoc titulo quod utique tibi ex adverso merito impugnet
initiam me et super me dominium venditare pretendis.

¶ Non sit enim profecto superbia. Esset enim bestia nimium
monstruosa nimiumque prodigiosa. Quis enim aliquid tale
portentum expertus est ut res aliqua sua morte nasceretur
suique contrarii filia existeret? velut frigus ex calore
procederet et aqua ex igne gignetur? Considera dilige-
ter superbia quid facere pretendas. Si enim non aliter quam per
medium humilitatis quam in me impedis inire regnum tuum queris
statuere. quam mox ut ingressum feceris: humilitas festinabit
ad recessum atque ita mox dum abicit tuum dominium privaberis titulo que in mea humilitate statuisti. Et sic
etiam de qualibet alia virtute possum concludere: vel etiam
de tua morte. Non enim solum poteris adesse mortua et vinceres
omnes etiam alie virtutes tuum refugiunt consortium. Quare
ut arbitror evidenter comprehendis quam turpiter te fallis et
involvis? quem tu sola etiam ceteris omnibus exclusis maliciis
sufficis me penitus odiosam deo reddere. me condempnare
meque extra meam habitationem irrenotabiliter eternaliter
compellere. Verum quid adhuc semper in deterius eniteris?
Num aliquid denuo susurrabis? Invincibile profecto te

hostem experior. Quotiens cum te per unam portam depello:
per aliam ingrederis. Immo etiam si clausa quelibet ostia inve-
neris: per fenestras aut per rimas quaslibet simulas insidi-
ose subintras. et quo te ignotam facias tuumque fallacem
vultum abscondas: ypocrisia tuum nosti simulare ac variare
habitum. Non est virtus cuius non simulatorie geras habitum
suum: eciamque gestus simules. adeo ut absque lumine gratie. immo
sanitate spiritus sancti: discerni non possis. Nunc quidem te sub
veste humilitatis occultas. nunc formam geris iustitie.
nunc pietatem fingis. nunc ut pium elemosinarium te exhi-
bes. nunc te laudibus externis tegis. Aliquando bonus videris
predicator: aliquando bonus pastor: aliquando te spiritualem simulas
consiliarium. aliquando rectorem perfectum. et ita de aliis similibus
cauteliis innumeris. Et cum per hunc modum non prevales: inter
virtutes latitas: ubi tam subtiliter ingrederis. ut nullatenus
innotescas. donec feriens interimis. aut predictas expellas
virtutes. pauperemque animam solitariam ac desolatam derelinquis.
O quam frequenter. dum precipue devotioni. ac spirituali iocunditati
sic ac sue consolationi interesse putavi: mox apperiente tua
mentem putavi totam me constitutam. O perfida superbia: nec
tuum accessum ac presentiam expertus sum: donec omnia tuo vento
fuerint exsufflata. Deinde magnis suspiriis. ac gravi
contritione cordis revertebatur ad me lumen gratie. ac sol iusti-
tie sub umbra sobrie devotionis. et tunc primum signa
tui ingressus comprehendebam. Tunc licet tarde nimis intelli-
gebam sub qua forma te intruseras. Nec cum ita latere
potes quin non aliquod semper tue malitie vestigium relin-
quas. Tunc quippe attendit altitudo quedam cordis ad
ardua immoderate tendens. puta ad aliqua habenda vi-
sionem insolitam: vel ad miraculum operandum. vel insurgit
temeraria quedam de se presumptio: aut immoderata de suo
opere aut statu complacentia. sublimisque ac tota inflata

Nota hic de superbia

letitia . vel inanium levitas et effrenatus ad sui iacta
ntiam et excusacionem sub umbra perfectionis . aut proprii ser
vandi honoris ? Vel eciam aliquis ex altera parte . divicie
quadam cordis tetricitas adductus . maturitate quadam atque
gravitate simulatis Estque huiusmodi divicies proterva et
dedignans . pertinaciter suis dictis et voluntatibus inherens
ad inatendendum : et sub umbra correctionis . omnia tremere
et latitari facit . ¶ At hinc contraria penitus advenerint
ubi tu superbia fuerit nulla foris . Ibi siquidem adest
humilis . demissa ac temperata letitia . nulla levitas .
nulla iactantia . nulla sui excusatio . Ibi adest matu
ritas et gravitas sine ira . sine amaritudine : sine vindicta
Immo cum omni dulcedine in mansuetudine cordis . Tunc est
caritas paciens et benigna ? tunc vituperia et laudes huma
nas contempnit . et pro solius dei divini sui beneplacito . cur
sum et alios operari studet . De reliquo . nulla sibi cura
est . Immo quod amplius est . se vilem videri volet non honora
bilem quantum est propter se . qui seipsum cognoscens et iudi
cans admittit obprobrio dignum . Nec utique se pluris
estimandum volet exterius . quam se interius dignum arbitratur ~~~ i[n] humanis laudibus
Divino . exemplo Ihesu Christi . et si omni honore dignus ex
titerit . taleque se interiori notitia vere diiudicet ? propro
prio instinctu et affectu : humilis et abiectus videri desiderabit
Meditatio altitudinis iudiciorum dei super filios hominum .
promotivis ad humiliationem sui . et alios non iudicandi .
O Altitudo incomparabilis . ac abyssus profundissima
iudiciorum dei in omnibus . Precipue autem circa homines
Quis illa scire poterit . aut investigare ? Cum enim
misereri voluerit : nichil est eo clemencius Cum vero iusticiam
exhibere : nichil eo terribilius . Si enim millesies in die ho
illum provocaverit . et millesies ad ipsum reversus supplex
veniam et gratiam pecierit : mox impetrat quod petit

Este velut quadā stultā imaginem: ac ludum puerilem
Rursus si in solo mortali decesserit homo: inrenotabiliter
mittitur in ignē eternum. cum tamen sit dei filius et plasma
eius per creationem. Este velut furorē quedam: ac hor-
rorē intollerabilē. De quamplurimis nempe legimus. quod pene
usque ad mortē a peccatis immunes servati sunt: et post
modum ad mala opera declinantes. mortē puncti sunt
et dampnati. Ac contra fuerunt alii. qui semper mala
vitā peccati. tandem nichilominus qui in momento quasi
sunt ad deum: et citius martires facti. gloriā eternā
sunt adepti ¶ Consideremus quod in passione domini nostri cum
eius predilectus discipulus eum negavit: latro confessus
est eum quem fortasse ad antea pecunias secutus fuerat. Omnium quippe
valde est. si persona quantumcumque bone vite constituta: sub
manu potenti dei se non humiliet? si aliud quempiam quod
quilibet peccatorem iudicare presumat. cum scire non potest que
sint circa se aut alios dei iudicia. Ignorat quid in
sua causa lateat. Sumus quippe omnes in carnē conde-
natores et mortis. unde nemo eripi potest. nisi ex singulari
et mera dei gratia. quam ut et ubi vult distribuit.
Neminem ergo licet contempnere. si ad presens huiusmodi gratiam
non habeat. quam in momento illā habere poterit. Nec
vicenusa. hic per aliquis extollet in sublime. si a deo
gratiam habet accepit. quam non est habet hereditas sua. ymmo
sic agendo mox eā perdit velut usurpator ac rap-
tor glorie domini dei sui. O quam veniet tempus illud et
locus. ubi tamen securitate hanc gratiam possidebimus? et
hec ipsā in gloria quietes? Vere beati sunt qui ibi sunt

Meditatio anime super duobus statibus in quibus se invenit iam in
devotione iam absque devotione Insuper signum notabile ...

Plorate oculi mei. ploate et plangite. dum iam
illā separatione. ac distinctione amarissima

.. lio.

meditatio ... super duobus statibus in quibus se invenit iam in devotione iam absque devotione Insuper signum notabile ...

dei mei et patris. qui in ira et furore elongavit se
a me. abducentes secum bona illa mea nuptie gratiam
meque prorsus derelinquentes desolatam. dolore ac tremore
plenam. tedio et angustia undique circumdatam. sed et
tenebris involutam: et lumen celi non video. Ve tibi
superbia. que in hoc dampnum intulisti. quia si illa simplex
humilitas semper apud me remansisset. deus qui in cor-
dibus humilium requiescit. ipsisque dat gratiam: nunquam ita
suam a me subtraxisset gratiam. Sicut omnes mei amici
angeli sancti elongaverunt se a me: et posuerunt me abho-
minationem sibi Sicut omnes inimici mei. vehementer tu
conatu appropinquant et exclamant adversum me. euge.
persequamur hanc miseram? quia deus eam dereliquit. non
est qui eam possit de manibus nostris eripere. Illam itaque
ad dampnationem quam meruit impellamus.

O Domine o celestis pater. audi vocem adversariorum
meorum? ne recedas. ne elongeris a me. In-
tende in adiutorium meum. et ad adiuvandum
me festina. Exurge et dissipa inimicos tuos tanquam
fumum. Ecce enim illa imminet hora. in qua pauper
ego tua orphana. tua indigna ancilla. tua infidelis
sponsa: irremediabiliter peribo. quia preter te non est alius
qui me hinc valeat eripere.

Revertere domine revertere. quia a tuo recessu. cor
sentio durum. et admodum pravum plenum ac
accidia. fastidio ac mala tristitia. Arida sum
nulliusque devotionis In nullo iam ut consuevi bene de-
lector? nec lectio nec cantus. nec oratio. nec contemplatio
placet. Predicationes ac sancte quelibet ammonitiones in-
sunt fastidio. Evanuit a me gustus omnis ac sapor cibi
cuiuslibet spiritualis. gravis sum atque onerosa nimis
michi ipsi. languide ora aperior. solitudo atque silen-

tum mihi sunt horridi. et quod deterius est. nec ista mea
valeo deflere miseriam. nec ab ea me per condignam penitenciam
ac displicentiam eripere. quinymmo in diebus volo meas
prosequi vanas ac mundanas consolaciones. Levitates
michi omnes grata est. Amo manducare bibere ac fabulari
ad deducendum tempus. illosque felices iudico. qui ita in
hoc mundo vivunt in subiectione. immo stulta libertate
O qualis mutatio. heu in quem statum prolapsa sum. De
celo perfecto cecidi ad inferos. de vita spirituali ad car
nalem. de veritate in vanitatem. de securitate et tranquilla pace
conscientie in turbacionem. de timore in stuporem confusionem
atque infelicitatem horribilem. Et certe ita mihi optimo
iure contingit. idque plane demerui. quia cum ex me
nichil essem. incepi tamen nichilominus gloriari. et
de me et in me confisa sum. extollens me adversus deum
meum. illi suam surripiens gloriam. Insuper et de suis
donis laudari volui atque honorari. iactans michi
illa ascribens tamquam propria. et quod deterius est. ceteros
contempsi. minoravi et temerarie iudicavi. Scio
igitur quid faciam. Illam iam recuperabo humilitatem. que me
utique patri meo reconciliabit. eumque placatum ad me
reducet. O gloriosa et beata pax. Iam omnia bene
successerunt. est hec mutatio dextere excelsi. Commo
vetur quippe cor meum et exultat ad presentiam dei mei
ac gratie. evelluntur atque explantantur ille inutiles
viciorum plante. Inseruntur virtutum rami. et plurimum con
valescunt. nunc in claro lumine meos defectus. mea
peccata. meam fragilitatem experior. nunc demum
bonorum spiritualium gustum ac saporem discerno. Sicut
itaque illucescente die in solis ortu. mox abscedunt te
nebre. avicule suos repetunt cantus. renovantur omnia
et ad colorem vigorem ac decorem suum reducuntur. ita

plane est michi dum sol iusticie oritur in corde meo

Meditatio anime sentientis se ad deuotionem commoueri et subitam dei visitationem diuino percipientis

Quis est hic qui pulsat ad ostium meum? Quid vult. quid postulat? Est perfecto deus meus. dominus meus. et pater meus. O domine optime veneris Tibi supplico ut si mea vigente infirmitate ac debilitate pectoris piger nimis ac tarde tibi aperire. tuo iure tua auctoritate ostium effringas. Regnum ut tibi licet vi te clamabunt. Fugat aduersarios

Abite extra meum hospitium. abite vniuersa mea magno pere ingrata que apud me vult hospitari. Fugite hinc. fugite absque mora. fuge tu dedignans superbia. inflata iactantia? ficta ac palpans ypocrisis. ira furiosa. despectuosa vilitas. venenosum odium. infelix ac liuida inuidia. anxia tristitia. accidia stulta. auaricia cupida questualis. fetida luxuria. gula immunda: cum viciositatis peruersa familia. Paratur via mensa et lectum dilecti

Exiatur hinc omnis spurcitia flagello penitentie. Spargatur vndique cum sint floribus grata et viridis herba virtutum. Ponatur mensa sobrietatis? et sternatur castitatis lectum. Ingredere pater dulcissime? ingredere hospitium pusille tue atque humilis ancille. paupercule tue adolescentule. suscipe gratanter que apud illam inueneris. sibi in cena mea discubuimus. Ne queso irrespexeris ad meam paupertatem. scio quidem quod nullius horum eges que apud me sunt: apud te sunt omnia. sufficit tibi bonus affectus. Verum dulcissime pater hoc est quod a te percipere concupisco desidero: ut mea tibi placeat voluntas? quod ex tua clementia. tuis superhabundantibus diuitiis. ad meam subleuandam ac sustentan-

meditatio anime se ad deuotionem commoueri sentientis et subitam dei visitationem diuino percipientis

dam paupertate vel panem aliquid impartiri digneris.
ut sit sustentata. fame sitive male non pereat in
carcere huius corporis in quo ad presens inclusa sum.

Revertere domine. revertere ad hospitium tue humilis
ancille. breve nimium ibi traxisti moram. Heu
quam dura huius hospitis recessio. Formidabam utique
aliquid in me esse quod oculos tue divine maiestatis of-
fenderet. Heu me miseram quia non aliam adhibeo diligen-
ciam ad tale conservandum hospitem: a quo michi provenire puto
omnia bona: voluptates atque divitie. Quid itaque ad presens
faciam? Quo medio. illum a me sit elongatum ad me re-
vocabo? Mandabo omnibus que intra me sunt: ut illi u-
tique cessant requirant: donec inventum reducant. Exurgite
fides. spes et caritas. expergiscimini: et vos ad cursum
subitos attingite. diligenter querentes sponsum meum. donec
illum inveneritis: atque ad hospitium meum reduxeritis.

Discurre tu oro. per magnam celestem civitatem.
per vicos et plateas. ac per domos singulas:
ita ut nullum sanctorum preterias. quem tu non cum fletu et ge-
mitu requiras? ad eorum pedes procumbens: nec hinc
discedas. donec michi sive omnes vel eorum aliqui gloriosi principis
mei tibi demonstraverint mansionem. teque ad eum deduxe-
rint. ac eius presentaverint conspectibus. Illos exora.
illum michi placatum faciant: michique de multis meis ex-
orbitatibus impetrent veniam: atque ita sue gratie restitu-
ant. Si quo rursus declinare dignetur ad hoc suum humile
hospitium. quod tam cito deseruit: mea fateor indignitate
exigente. Verum sua magna benignitas atque clemen-
cia parte ex una: suorumque sanctorum deprecatio parte ex altera:
et rursus mee pravitatis. paupertatis. impotentie atque in-
stabilitatis consideratio: ad reditum poterunt eum inclinare.

a Oratio mittitur ad celestem Ierusalem per quam sponsus repetenda. / Repellitur a regno [illegible] sustinui

Oratio mittitur ad celestem Ierusalem per quam sponsus repetenda. Repellitur a regno [illegible] sustinui

Quid dicis oratio? quomodo refers? Multum
quippe demissa est ac verecunda facies tua. O
oratio quis tibi hoc fecerit. rigorosa videlicet illa iustitia.
que se contra te et me ingerit vehementer. allegans
me non esse audiendam. ymo quia ex meritis indigna sum
filia dei nominari. cum iam mea ignavia. mea ingenui
tatem. mea divinam nascentiam. meamque celsitudinem. penitus
amiserim. et hoc in meo esse hospitio deformem illic
ac horrendum hospitem. scilicet peccatum admittendo. quod utique
omnem qui ipsum suscipit corrumpit animam. fedamque atque de
testabilem reddit. ac inimici salutis constituit filiam.
O iustitia? quis te adversum me et adversus meam orationem
contrarietatem constituit? Non ego te esse ad hoc advocavi
contra eum. quia coram te subsistere non possem. Illi potius
misericordie clementi cuique me submisi. illamque meam
constitui advocatam. ymo sub eo penitus iudicio stare
volo. Quamvis et te etiam iustitiam non deceat esse propitiam
et amicam. Cur ita? Cum tecum sim unius sententie. Tu
quidem odio habes peccatum. et ego mirum illud odi. Tu
illud persequeris: hoc idem facio. de illo penitentiam agens
puniens et vehementer dolens. quod illud umquam admiserim.
aut ei tribuerim fidem. Ita quippe agens. tuum o ius
titia exerceo officium: de meipsa iudicium sumens. Tu
itaque etiam pro me intercedes. Sed forsan mihi dices?
quod longe aliud condignum in hac parte de me sumendum
dictum. non condigne ut merui. mea vindicans peccata
Proh dolor. iustitia fateor ita esse ut asseris: sed hoc
venit condonandum. quoniam non subest hoc viribus meis.
Necessitas aut legem non habet. Infirmitatis quidem mea
paupertas atque imbecillitas non me sinunt ad condignum
vel etiam ad votum expugnare ac persequi peccata cum sua
familia. Sed ab inope. vel pena solutio sibi possibilis.

acceptanda est . et ab operario debili labor remissus
non spernendus Ero itaque iustitia . de mea possibilitate
contenta : quod reliquum est . tua potenti virtute supplebis .
Considera igitur . si tui sit officii . meque consuetudinis
ultra vires expositam . Cum autem in maior adeo
voluntatis ac potentia divine gratie . virtutique fortitudinis
robur . tunc et potentius cum peccato aggrediar . eique virilius
adversabor ¶ Dico insuper . quod benedictus filius dei
pro me debitum suffitiet . immo superhabundanter solvit
quantumlibet etiam antea offenderim . salvo quod ei me
legitime subiciam : et sic sim ascripta familie .
Nullo autem iure . duplex de offensa exigitur emenda .
nam et deus non punit bis in idipsum . Quodque igitur
iniuria filii dei circa me facere disposuit : minime tu po
teris contradicere . ¶ Ceterum iustitia te interrogo ?
si non ad instantiam sanctorum . qui apud te hoc meruerunt
teneantur aliquid annuere ? Profecto sic . Quem enim honore
illis impenderes . si eos te pro peccatoribus deprecantes . ve
lut alios quoslibet . quibus numquam fuisti honorabilior vacuos
repelleres ? Vade igitur oratio mea et revertere considerate
ad celestem civitatem . illicque sanctos illos sollicites . ut
tibi et michi iustitiam pacatam reddant . ut et filium
eius in via michi pacatum impetrent ad dominum deum meum
et preciosum meum : atque ita ad dominum meum vix exiit
denuo revertatur . ¶ O utinam horam illam prestare
possem . qua dignabitur dominus meus ad me declinare .
sive non aliquem nuntiorum suorum premittit . ut legitime
parata possem illum decenter . idest devote et sancte
suscipere ? Aliquotiens enim adeo latenter advenit pul
sans ad ostium . ut alibi me distractam inveniens .
mox antequam ei valeam occurrere . et decenter recipere : dis
cedat . Sed quid loquor tam inconsulte ? quid tam

teneantur. tamen presumptuose peto. ut talibus ac tantis
suos diebus in permittat nuntios: Absit. Michi potius stabit
semper eius adventum explorare: nichil quam aliud me
ditari. nichil aliud operari. quam adventum eius prestolari.
moxque ad ostium pulsanti aperire: ipsumque reverenter
suscipere. Non igitur tu curis huius seculi mea tene
bis colloquia. sed sedebo solitaria in pace et silentio.
diligenterque observabo ne aliud meum subintret hos
picium quod tanti hospitis oculos possit offendere. quinimmo
et ego ipsa vadam in occursum sibi iocundi adventus.

Attende anima mea que tam infirma es atque insta
bilis: attende verba prophete. Verbo inquit domini
celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Satis longe est tibi quam celis firmitatem prestari. Si
itaque prestitit tibi deus in hac gloriosa solempnitate
beatissime trinitatis. ut per potentiam patris. in sapientia filii
et propter bonitatem et dilectionem spiritus sancti. robur habeas.
constantiam perseverantiam in bonis operibus. tempora omnesque
vires tuas fige in domino deo trinitate sancta: illique sic in
hereas. ut in sola eius potentia tua sit fiducia: nec
extra ipsum sapientiam queras. finaliter aut voluptatem. Ita
quippe tuam servabis pulchritudinem. in qua facta es
ad ymaginem et similitudinem illius sanctissime trinitatis. secundum
memoriam intelligentiam et voluntatem. Sed heu frequenter
illam defedo et obscuro. cum luto peccatorum involvens ac de
mergens. demorans que in terrenis occupationibus ac vo
luptatibus inmundis. Nichilominus ad ipsum revertere. et
ipse te mundabit. teque lavabit. et tue pulchritudini te
restituet. quam insuper in te firmabit et stabiliet si
tamen modo illi iugi volueris. ac velut tue summe volup

meditatio anime apud divinam trinitatem ad perpetuale robur obtinendum contra vicia et contra vitia anime

tam inhere. ipsi potens amando absque fine: sapi-
enter absque errore: suauis absque amaritudine.
Erit tua spes in sua infinita potentia: tua fides
in sua limpida sapientia: tua caritas in sua voluntate
dulcissima. Hoc profecto potius facies quam in creatura
in qua non nisi umbra est et vanitas potentie. quapropter
minime in umbra atque vanitate deficies: cui creature
finaliter inheres.

O Ihesu virginitatis sponse Ihesu castitatis fi-
delis amice Ihesu mea spes finalis: mea salus:
meum singulare refugium: nunc ad te reuerti
desiderat anima mea pauper inops et misera. que toties
per temerariam rebellionem atque inertiam desidiosam id
facere contempsit et recusauit. que anulum gratie quo illam
spiritualiter desponsaueras negligenter amisit. suscepitque
anulum peccati te tradens sponsam seruam et subiectam tuo
antiquo hosti. Heu quam periculosum connubium. Heu quam stul-
ta et misera commutatio eius. que pulcherrimus potentissimus
et opulentissimus est. ad illum deformissimum miserrimum
egestissimum. Dic mihi o anima: quis tibi hoc fecerit:
Unde mihi: cuius consilio facta es: Sic tuum supremum
dominum tuum gloriosum preceptorem parum honorasti: Sic
tuum creatorem. tuum saluatorem a quo tibi est omne bonum
oblita es: Sic tuo vero sponso. fideli amico. dilecto
et considerato fidem violasti: Is quidem primum tibi cor
suum impenderat. suamque ad te tantam ostenderat dilectionem
ut etiam pro te mortem acerbissimam pati dignatus sit.
et tu illi cor tuum et amorem penitus subripuisti. Immo
quod grauius est velut perfida et infidelissima sponsa
sue ipse habitationis portas preclusisti. quas nichilominus
illis suis miseris ac nephariis hostibus finis esse pa-

Hic anima Christi sponsa se humiliter accusat atque suo sponso se [illegible] petitque veniam de offensis. gratiam puram
deposcit et gloriam [illegible]

tetes qui te perde quiut et eterne morti tradere.
Quid queso arbitraris o aia? Putabitne a pena i
minunis euadere? Manebitne tanta iniuria. tamq; gra
uis offensa. tande penitus inulta? ¶ O perfide totius
humane creature hostis: iam aia mea tua seductione
perdita e. infelix ac prostrata. quia sicut carnifex viri
di ramo aut modica herba ducit ad morte agnel
lam petulante et saltante. fute sue occisionis nescia:
ita mea fatuella aiam deduxisti? monstrea aliqu
hui mudi vanitate sibi demostrans. qua sic tracta
tus vinxisti vinculis. eamq; excecasti. et p9 modu
plurimis criminu mortaliu iaculis ad morte vulnerasti.
demumq; sup ea posuisti graue illu male psuetudis
lapidem. Insup et frigida illa dura atq; horribile
obduratois cordis tuba. qua resurgere phibet. quique
ctinue magis pressa iacet terrenis affectoibus obuo
luta. et in fimo stercoe criminose delectatois inclusa
putrescit. ita ut usq; ad fine maneat fetida et
abhominabilis deo et sctis eius. Heu me misera crea
tura. Heu me si hac dispositioe relinquor usq; ad fine
Quid nempe factura sim in tali statu moriens. quo pro
fectura? Contremisco ista cogitans: exhorresco velle
meter. tamq; ho het recogitans. ppetuis ete sit moies
ardoribus stridoribus et fletibus mancipari: et p nimie
tormetoz deu blasphemare. nulla ab illo cpola
percipiens. Tuc euidens pendere. sed sero nimis
qualii preceptoi paruissem. et cu quato defuncto
deserto deo. dyaboli mundi et carnis oblectamenta
sustinuit ¶ Preserua me dne deus ab huius horre
dis tormentis: ab hac morte ta crudeli me protege.
Aduocatr aia olim a deo formata. aia suo precioso
sanguine redempta: aia plurimis donis sup cetera cre

ciuitas nobilissime decorata. a tot et tantis pericul-
is totiens preter tua merita preseruata. Te aduoco inquam.
Audi me. Tuos nunc paululum aperiat oculos: et ~~ref~~
intuere ubi iaces. Considera ubi tu es. quam propinqua sis
inferis. quam a celis elongata. Cogita que deseris. que
despicis: cui surdam aurem prebes ¶ Et tu dulcissime
Ihesu anime medice clementissime. fons omnis dulcedinis.
si humana miseria te valeat ad misericordiam inclinare.
respice oculos pietatis ac compassionis. ad hanc
animam miserabilem. Nunc exurgit. nunc expergiscitur.
et cum sua nuditate. et statum miserabilem magnam
aduertit. hinc concipit displicentiam. confusionem. et ab-
hominacionem. et de sua tam diutina stultitia. admo-
dum admiratur et dolet. tempore miseria peccatrix. que
amplius indigna est tua vocari sponsa. tua amica.
demisso vultu. flebili facie. ad te suspirat. erubes-
cens: nec loqui presumens. ¶ Dulcissime Ihesu.
hanc clemens prospice: brachia et manus ad te
extendit. ut te trahente de profundo lacu peccati. et
de stercore in quo tam diu prostrata iacuit: erecta
consiliat. Tu qui solus es saluator. compatere: et ei
manum porriges. eam sublevia: eamque perire ne permittas.
Tot vides persequentes. que te nimie desperant: immo te
persequuntur. Conuertere igitur. et iustifica tuam hanc pau-
perem animam: tuam ancillam humilem: tuam pusillam pe-
dissequam: quam aliquando prius dilexisti. sicut et ipsa
te dilexit: que nunc in magnis suspiriis. et in
amaritudine cordis te deprecatur. / Possesne hanc
non exaudire: possesne eam non suscipere: Profecto.
minime. Immo magnam hinc spem concipio. quia tuam
in me experior graciam. in qua nunc adest michi hec vo-
luntas ad te reuertendi. et quod tibi summo medico. do-

lorica illa vulnera anime mee te inspirante detego
ac demonstro. Olim siquidem per os tuum prophete
promisisti. quod in quacumque hora ingemiscit peccator.
et penitentiam egerit ab omnibus peccatis suis que operatus est:
omnium iniquitatum eius non recordaberis. Et vere quam pau
cos habuisses iustos: si peccatores misericorditer rece
pisses. Ideoque saluator Ihesu xpe. aduocate et me
diator noster. fili imperatoris et frater. qui solus meam nosti
miseriam ac fragilitatem. si vera sint que video. audio
et credo de tua dulcedine. pietate et misericordia. et vtique
vera sunt. Ideoque te finaliter deprecor. ut meas de
leas iniquitates. sinceram et nudam confessionem tenens:
et integram penitenciam. Fac ut per bonam pacienciam
omnes tribulaciones. aduersitates. et labores. quos dietim
sustineo: ad purgacionem deseruiat. et ad pene quam
mea peccata demeruerunt remissionem. ut in hoc mundo
meum sit purgatorium. Fac itaque meam huius mortalis
mundi peregrinacionem tibi acceptam. Tribue mihi baculum
firme fidei. stolam caritatis: et scalam spei.
Confunde per tuam potenciam. quicquid mihi impedimento esse potest.
ita ut in via. nulla me retineat delectatio: nulla
me confundat aduersitas. Genera in me cor humile. pium
et clemens erga proximum sine ira. sine inuidia.
sine indignatione. sine superbia. sine omni detractione
Tuo amore inflamma cor meum. vulnera illud sagittis
potentissimis tue pulchritudinis. tui dulcissimi conspectus.
tui gratissimi gestus. tui pulcherrimi apparatus. tue
speciei dulcissime. Fac ut te semper meditetur. letanter
de te sermonem audiat. ad te suspiret. ad te inge
miscat. tibi complaceat. totam intelligenciam. totam mentem
totam curam ad hoc ut digne tibi seruiat: quia non
est alius amator qui sit sicut et tu vices rependat.

Insup da mi dne cor liberu. cor sublime z erectu [margin: supprema]
quo detester fugia et sperna vile lutu mundane
cuiuslibet voluptatis. quo qualibet contempna crea
tura. q honori meo ac promotioni salutari no venit
adiumeto. que te in te diliga. alios aut oes in te.
et propter te. Denuq tu q es mea spes finalis.
mea sola salus. meuq refugiu singulare. subleva
me. doce me. sustine me. dirige me. ita ut i illa
hora tremenda mortis. meus sis protector potens qz
defensor spus mei. adusus illos canes ifernales. ita
ut in pace et benignitate illu recipias in gloria tua.
in qua te facie ad facie. sumo cu gaudio videre
valea: ac perhenit adorare amare et laudare Amen

Scriptus per manus fris Theoderici de harlem
monachi domus ste Barbare in colonia carthus
ordinis Anno dni 1446. Anno etatis sue 61o.
Orate pro eo propter deu

Tractatus magistri Johannis Gerson Cancellarii parisiensis. De vitiis ministrorum ecclesie.

Cum hesterno die sacrorum eloquiorum codicem arripuissem et que prima sunt obvia prima petri epistolam legere cepissem incidi in ea verba quibus apostolus ait. Tempus est ut incipiat iudicium de domo dei. que non sic preterea ceteras epistole in textu suo pervolam. sed lectionis impetu aliquantulum remorato. cessavi hoc idem quodam qui repente subito mentem meam in huius here tergi atque in se verba illa alternatius defigere. Occurrerunt itaque illico animo satis horrendi et perturbato. pressure ac calamitates quas nunc ecclesia perfert. et quas etiam maiores multo nisi falsum mens conicit passura est. Occurrerunt et pariter cause tantorum malorum iustissime. Nam cum ecclesie ipsius ministros. quorum dos et possessio xpus esse debet. ab omni contagione terrene cupiditatis exclusos esse oporteat. Cum pudicos esse conveniat et ab omni inquinamento carnis atque petulantia alienos. qui celestia sacramenta. pretiumque dignissimum redemptionis humane tractant conficiunt. aliisque conferunt. Cum pii esse debeant qui piissimum iudicem vicaria forte representant. Cum iusti quod iustissimum. humiles qui humilimi. concordes et pacifici qui pacis atque concordie inter deum et homines esse debent conciliatores ac mediatores. Postremo cum eos deceat omni luce virtutum clarescere. qui in spectacula positi sunt et exemplar vivendi ceteris esse debent. Sed pro his atque aliis quibus adornari debent virtutibus. omni colluvione vitiorum contaminati sunt. Quid tandem mirum si illis multa adversa eveniunt. aut si aversus ab eis deus suorum immanitate facinorum dicat per verba psalmiste. Odivi ecclesiam malignantium. Atque ut pauca de vitiis ipsorum quibus ab irato deo mirum affligi meruerunt enumerando prosequamur primum a cupiditate que omnium fomes ac radix est malorum initium sumamus.

Causa primitive fundationis et dotationis ecclesiarum et monasteriorum.

Nemo est ut opinor qui non satis audierit et mente

teneat quanti Christi ecclesie ministri. viri utique probata virtute
clarissimi. omnique tempore laude merito celebrandi. terrena
opulentia contempserunt. qui nulla cura vel labore temporalia
commoda quesierunt. solis victu et vestitu eisque pertenuibus
habunde contenti. Habentes inquit apostolus victum et vestitum
his contenti simus. Quantum liberaliter rem familiarem si
aliunde uberior obvenerat. ad remedium pauperum sublevan-
dam erogare curaverant. Metuebant profecto devotissimi homines
solam rerum celestium meditationem animo gererent. ne si ad hec
transitoria amplectenda. sicut paulo latius affectum adiecis-
sent. tanto animus eorum a spirituali contemplatione cui se totos de-
voverant avocatus minus in deum ferretur. quanto esset ad
inferiora curanda atque cogitanda magis effectus. docti
nimirum celesti magisterio. deo pariter et mamone servire
non posse. Sed divina agente gratia quanto magis aspernabatur
temporalem substantiam aut contempnebant. tanto illis habundantius omni
ex parte affluebat. instar umbre que sequentem fugit. et te
sibi fugientem semper indefessa comes insequitur. Cernentes
etenim seculares homines. tam principes quam alii locupletes
eiusmodi virorum dei statum et sinceram conversationem. ab
omni terrena fece. igne divini amoris excoctam. certabant
undique illis copiosissima bona congerere. ut ab omni cura so-
luti fervori possent devotionis absque interruptione li-
berius incumbere. beatos se existimantes si aliquid de
suis opibus in usus istiusmodi contulissent recipere dignarentur
pro suorumque expiatione peccatorum apud divinam clementiam inter-
cessores fieri. Sic multis preclaris dotibus. opibusque
magnificis. ecclesia aucta et insignita est. Sic fundata ce-
nobia. conventus instituti. extructa capitula atque colle-
gia. Sic sedes pontificales. et parochie exorte. Sic templa
sic basilice pulcherrime. sumptibus ingentissimis et in-
estimabili ope ex principum plebiumque dispendio fabricate. Sic
denique omnes gradus. universeque professiones hominum ecclesiasticorum
in amplissimas copias excreverunt. quas primitivi illi patres
qui suis eas acquisierunt virtutibus. non in prophanis usibus

quemadmodum nunc plerique conspexerint sed aut in elemo-
sinis et hospitalitate ceterisque caritatis ac pietatis operibus
impendebat. Aut si quid istis operibus mensisque frugali-
bus supererat in cellas edificandas si fortassis alii fratres re-
centius inspirati religionis gratia advenissent. In que alia pa-
randa quibus paradisi opus erat conterebant. Nullus huius
thesaurus erat nisi bonorum operum sed amplissimus ille et
refertissimus. Nulla argentea vasa non aurea. stanneis
et fictilibus bibebant. Nullus magnorum equorum phale-
larumque apparatus. Nulla histrionum turba perambula-
nullus calamistratorum aut comatorum iuvenum comitatus. Vir-
gatis monstriferis habitibus patulis et strictis deflu-
entibus manicis qui ritu barbarico induuntur. Felix erat hiis
temporibus mundus. plene urbes et agri populis quos nulla
aut rara lues assumebat. plena armentis stabula.
pecora fetibus. pomis arbores. sata frugibus. Quare et celi
temperies terram in suo influxu ad apta queque germina
secundabat. Et terra nulli obnoxia maledicta sed uberi
benedictione horum intuitu donata qui ultro sectatores erant
omnibus bonorum. Vivebant diu homines prosperaque valitudine
fruebantur. nulla erat domi seditio. nullus foris metus.
parata omnia. tuta et tranquilla vigebant in hominibus illius
seculi. Caritas innocentia. fides pietas iustitia. sincera con-
scientia. rara fraus aut calumpnia proximo fiebat. quin in-
tegra vita et salubri doctrina pastores totius mundi exem-
pla suo gregi emulanda relinquebant. Tanta siquidem apud — boni
deum erat talium virorum ex vite integritate potentia. ut
sue intercessionis obtentu bona mundus amplissima adipis-
ceretur et adversa pauca sentiret. De insolentia orta
ex affluentia rerum temporalium in ecclesia.

Ubi vero ut fieri assolet paululum ex divitiis rerumque
secundarum affluentia. luxus et insolentia in ecclesia
cepit subire. tepescente sensim cepit religio. virtus hebes-
cere. solui disciplina. caritas minui. tolli humilitas. pau-

pertas superbia est. simulque parsimonia. sed ut pauperis
et luxuriis rebus subiecit. avaritia crebrescere. que non suis
dumtaxat contenta finibus. aliena non modo ambire. sed rapere
et invadere molitur. inferiores opprimere et tam iure quam
iniuria spoliare. Et quia latissimum huic campum
ingressi sumus. licet de execrabili hac peste que ceteras
iam adeo corripuit ut pauca restant consumenda. paulo
latius eloqui. ordiri autem rectissime. a prophetico pos-
sumus eloquio oraculo et cum sancto Ieremia propheta de
ministris nostris verissime hodie dicere. A minimo usque ad
maximum. Omnes avaritie student et a propheta usque ad
sacerdotem cuncti faciunt dolum. Quid enim satis dicere de eorum
avaritia inexplebili possumus. que laycorum omnium negotiatorum
cupiditatem superare videtur. ymmo que secularibus universis
sive principes seu plebeii sint. omnis iniustitie. doli fraudis.
et rapine provocatio est et irritamentum. Dum simplices qui-
cumque pastorum suorum exempla imitantes. quod eos agere vide-
runt. sibi licere arbitrantur. ¶ Sed nos istius pestis nephande
ab ipso summo vertice usque ad pedes originem et progressum
videamus. Postquam sicut iam dicere cepimus ex rerum opu-
lentia studium temporalium. mentes servorum dei occupare
cepit. deo simul et mammone. duobus dominis tam adversariis
non potuerunt pariter deservire. Fiunt itaque necessario ut quanto
diligentie in unius servicio impendunt tanto alteri subtrahunt.
Quanto vero amplius. animum ad temporalia lucra adiecerint
tanto magis alia sitire. tanto magis immergi in illis. sicque
a celesti amore. longius abire ceperunt. Habent enim divitiarum
naturam. nummus ut quo uberius habentur. eo habentis
animum ad sui semper incrementum maiori attendere solent cupidine.
Ita igitur factum est. ut paulatim extincto in cordibus eorum
spiritu. frigescente caritate. repente devotione. deo denique ob-
lito. solis terrenis fructibus rapiendis inhyarent. sola in
dignitatibus. beneficiis et aliis emolumenta pensarent. Ista
prorsus hodierna die in assumendis pastoralibus sarci-
nis sive curisque animarum subeunda de servicio divino. subditorum

salute et edificatione minimo habet. De proventuum ubertate
quantitate et qualitate querit. Fiet vero tanto pe querit, quan
sit presentium homini et in ecclesia vite servienti valor beneficii.
quid suo possessori longius ocia agenti et proprio sortis
tassis abfuturo annuo proventu reddere valeat. Nemo enim
beneficium nunc postulat. neque enim unquam qualibet multo
absque postulatione instanti et importuna tribuitur. Nemo iste
talis qui scolis venetur in ecclesia per eum requisita investigavit
qualiter scolarium dotes. quam capte quam reliquie habentur. Nemo
de qualitate plebis cum preesse expetit de morbis ac vitiis
interrogat. Nemo monasterium cupiens de regule in illo ob
servatione. de tenore religionis. cultu ceremoniarum. subdi
torum disciplina perscrutatur. Nemo humerorum suorum vires
librat. an sufferendo oneri cum se supponere querit sufficiat.
Nemo sua aut subditorum pericula considerat. Nemo eis
predicat aut evangelizat. Nemo viam per quam ad salutem per
veniat. scripto aut verbo demonstrat. Immo vero quod ho
die prelatorum non quacumque via potest suos undique subditos
spoliat. Nemo eorum miseretur inopie. paupertati condolet. sub
venit indigentie. Immo quos indigentia premit non iuvat et
iniuria amplificat. Et ut ita rem se habere a supremo et
celse vertice usque ad membra humilia doceamus. primum de
ipso capite a quo cetera pendent si placet incipiamus. incipiamus.

De tribus vitiis ex quibus cetera mala orta sunt in ecclesia

Postquam ergo affluentie rerum mundanarum exubera
ntia et maiorum virtutibus postpositis. cunctorum ava
ritia cum tota ambitione virorum ecclesiasticorum in
vasit animos. quo ad hec consequenda fuerat et fastu elationis
atque dominationis extolli ceperunt et luxu effeminato resol
vi. Tribus itaque dominis exactoribus utique infestissimis
fuit satisfaciendum. luxui. qui delicias vini. sompni. epu
larum ... ludorum effeminatorum lenonum scortorumque
expostulabat. Fastui quod domus excelsas castella arces
palatia lata et habundantissima supellectile vestium ca
rissimarum. equorum familiarum preparata requirebat ostenta

Et sue cupiditati q ingereteb ad hoc thezauros studiosius condebat ut ad pmissa explenda suppeterent. Aut si satis aliunde explicanda cent. ad pascendu palte ex figura numismatis vanu affectu oculor delectationem. Quoniam pculdubio duor insaciabiliu ad exequenda mandata. desideriaque pficienda. aurea ut in fabulis est saturni secula. vix si orbi hac tempestate recurrerent sufficere posse viderentur. Cum igitur ad ea agenda q hec tres rapaces arripere exigebat. nullus quilibet opimus et redditibus amplissimus psulatus sufficere posse putaretur. subsidia aliunde quibus eis satisfaceret excogitata sunt.

De exhorbitantiis p summos pontifices i ecclia inductis

Summi etenim pontifices ut tandem ad eos devenit quanto primatu et auctoritate se videbant ceteris pstare tanto in huius primatus et supreme ptatis argumentu plerumque se sup alios libidine dnandi extulerunt. cernentes emolimenta. forma epatus. petri patrimoniu sup regna quoque amplissimu. licet coz ignavia satis iam attenuatu. ad status reverentia qua ultra imperatores et reges. omniumque gentium in excelsu extollere statuerunt. nullo modo sufficiebat. in aliena ovilia lana et lacte copiosa intruserunt.

De abolitione electionu et reservacone provisionu

Omnium quippe ecclesiar vacantium quacumque p orbem terrarum xpiana religio pfunditur. omnium psulatuum aliarumque dignitatum electione fieri solitarum iura et collationes sibi attribuerunt. electiones ipas a patribus olim prudentibus i tanta vigilantia et utilitate institutas. cassas atque irritas esse decernentes. ut vel sic sua uberius gple possent marsupia ex omnique puintia xpiano noi dicata. moles auri atque argenti infinitam ad sue apus camere sedula negociacione congregare.

De camera aplica

Que camera quanti constiterit quantumque universas et
ecclesias regna pariter et provincias exhauserit et
inenarrabile est et prorsus incredibile. Sed forte prone
sedis antistites creatores pontificum, collationemque superiorum
graduum ecclesie ideo abolito electoribus ad suum reno-
caverunt arbitrium, ut sua provisione salubrius consulerent ec-
clesiis rectores que in illis tum vita laudabiliores tum doc-
trina prestantiores instituerent. Erat enim hac de causa quibus
crederet. ii res ipsa ex adverso reclamans apertius docet
postea quam hec facta sunt ignarores inutilesque homines dummodo
pecuniosos ad gradus superiores ecclesie promotimus symonie
auctores quae susceptam creditamque omnia quasi administrarunt
posterius dicam. De expectativis et qualitate
currentium ad curiam romanam.

Sed de summis pontificibus redeuntis primo prius in ab
solvendus est. qui ut registro superiori suum quemadmodum
habebant super omnes mortalium magnificentias statum exaltarent
non solum ea egerunt que de electoribus audistis verum etiam aucto-
ritatem omnem ex parte divinati sua ubelius camera irrigaret camera
omnibus dyocesanis et provinciis. presentandi facultatem. concludique
libertatem. quoque alio modo de suis beneficiis disponendi adi-
merunt iurisdicentes illis sub pena anathematis ne ausu
temerario. sic enim suam loquntur tunc. ea frequentiori usu re-
ceptum sub quovis beneficio sibi subiecto aliquem instituere pre-
sumerent. quam diu obtineret quibus ex illis. quas sua auctoritate
beneficia illa expectativas concessant quam illud adipisci vellet
Manatus vero deinde optime expectativarum mare ex illo tem-
pore et qualium undique effluxit. atque ubi presto fuit non
tam a studiis a scola sed ab aratro etiam et servilibus
artibus ad parochias regendas. ceteraque beneficia passim
proficiscebatur. qui paulo plus latine lingwe quam arabice
intelligerent. Immo qui et michil legere et quod referre pudet
est alpha vix nossent a betha distinguere. At moribus compositio
hac forte ignorantia excusabat. Immo si parum docti
intelligentibus moratum ut pote qui absque litteris in ocio educati

nichil in sua pudicitia ludos · comessationes iurgia · rixas
exercent? Inde omnibus in locis · tot sacerdotes improbi et mi
seri atque ignari · qui crimine et scandalo suo turpi quam sacerdotes
subditis sunt in derisum · Inde vulgi tantus sacerdotum contemptus
tanta vilipensio · Inde totius ordinis ecclesiastici dedecus · igno
minia obprobrium et erubescentia si erubescere scirent · sed frons
multorum adeo erubescere nescierit · Olim summo in honore
apud seculares sacerdotium erat et nichil venerabilius presbiterali
ordine · nunc vero nichil abiectius quam despicabilius

De vacatiis et aliis vectigalibus ecclesiarum superinductis.

Adiecerunt autem summi pontifices prediis ecclesiarum et
ecclesiis ipsis ultra premissa onera vectigalia alia
ad illam suam cameram · ymo potius caribdim fulciendam ·
Statuerunt namque ut quotiens aliquem virum ecclesiasticum · qua
cumque foret dignitate vel conditione · ex ista luce migrare con
tingeret · aut suum cum altero quovis · qualecumque beneficium per
mutare · totiens omnes proventus primi anni sequentur · certam ubique
summam suo arbitrio taxatos · sua incorrupta camera acciperet
Quod si illam fortassis summam · annua fructuum collectio · aut
ex diminutione fructuum · aut alia calamitate · efficere non posset
triennali · vel quandoque quatriennali fructuum exactione · ad summam
ipsam pertingere voluerunt · Quid prelatorum spolia · quid uber
rimas decimas · omnibus ecclesiasticis indictas · quid aggravias
alias commemorem · Quid concessas principibus super clero uni
verso a papis et pontificibus exactiones · cum secularia in illos
potestate coherctione · Quid retentas procurationes et sine
ulla visitatione ab ipsis episcopis et archidiaconibus ubi sub
tractas · quam nescio an maiorem plagam ecclesia sustineat · Quam
tamen eum permittere constat · ecclesiarum visitaciones correctionesque reformaciones
penitus suppressisse atque extinxisse · de politie ecclesiastice
destructione · questum atque emolumenta propter · Quid in
finita alia cotidiana onera · tributorum ab infortunatissimis
ecclesiarum ministris exacta · que longum esset exequi particulatim referre

De institutione collectorum et malis per eos illatis

Ad hec autem omnia exigenda · et ad illam suam cameram

seu potius Caribdim dixerim insupportabilem. suos per omnes
provincias collectores instituerunt. Illos videlicet quos scirent
in extorquendo argento. vel industria aliqua vel diligentia
vel nativa acerbitate acriores. et qui nulli omnino parcerent.
nulli eximerent. sed vel ex silice aurum elicerent. Quibus et
auctoritatem concesserunt. quoslibet etiam prelatos anathemate feriendi
atque a communione fidelium extirpandi. nisi intra prefinitos dies
de postulata pecunia satisfactione tumasset. Quanta autem
hi collectores mala egerint. quantum pauperes ecclesias ac
personas oppresserint. ne nunc ex loco isto pateat exitus. utilius
est preterire. Hinc ille tot querimonie infelicium ecclesie ministrorum
quas audivimus et cernimus sub importabili iugo. ingemis-
centium ymo fame pereuntium. Hinc ille suspensiones a divinis
ille a templi liminibus interdictiones. Illa anathemata commissa
toties exaggerata. que non nisi rarissimo usu. et cum horrendo
periculo a patribus infligi solebant. cum per ea homo etiam fidelium co-
sortio segregatus in potestate sathane redigatur. Sed hodier-
nis diebus. adeo viluerunt ut passim pro levissimo debito
sepe etiam pro nullo inferantur. sicque in nullum timorem. sed in con-
tinuum pervenerunt contemptum. Hinc postea ille tante ecclesiarum
ruine. Illa tot monasteriorum excidia. Ille sacrarum edium
tot in locis solo equatarum deiectiones. dum ea que in illis
instaurandis ac reficiendis impendi solebant. in hiis tot vec-
tigalibus persolvendis expenduntur. que etiam ut compertum est ex illis
quibus res accidit. sacrosancte reliquie plerisque in ecclesiis
pro horum redditione tributorum. cruces. calices. feretra
aliaque preciosa ornamenta venierunt. Quis nesciat tot
abbatibus. totque aliis prelatis. cum tamen decessissent pro rapina
obnoxii. negata funeralia. negatam exequiarum solempnia
negatam humationem. nisi forte in agris aut ortulis aut prophanis
aliis sedibus clandestino tumulati sunt. Coguntur ut videmus sa-
cerdotes pro angustia rei familiaris. suas villas. sua loca
sua beneficia deserere et famelici passim victum querere. lai-
cisque hominibus in prophanis officiis ministrare. Tulerunt aliquamdiu

hec omnia pinguet adhuc et uberes ecclesie, sed iam fere omnibus longo emulgendi usu exhaustis ultra portare nequit.

De litigiis curie Romane.

Preterea multa cum me preterire necesse sit, ex hac velim abysso emergere. Quod in Romana curia, sic namque illam vocabant, quantumlibet longe a Roma distaret, fraudes conduntur. Quot doli, quot calumpnie, quot per illos litium venditores pecunia corruptos contra innocentum vitam insidie, quot venalia illic iudicia ~~contra~~ quantum ibi aurum valet ad eventandum iustitiam, ut vix pauper optatum de lite referret, si modo adversarium opulentum nactus esset, cum tam pauci admodum quotque interveniente titulo absque lite et adversario beneficium obtinerent.

De regulis et constitutionibus Cancellarie.

Nam que hec tot nove regule et constitutiones per unumquemque pontificem edite, ultra antiqua iura et patrum sanctiones, observari iusse, nisi quedam captiosi laquei sunt atque uberrima litium materia, quibus illi cavillosi curiales sophisteque verborum pulsores ad exsuscitationem et continuationem litium contra ius et veritatem mille nocendi artibus abutuntur, ut vix aliquis inveniatur, etiam si titulum sole lucidiorem demonstraret, qui absque controversia beneficium tulit.

De prosperitate Curie Romane.

Ita namque florens et felix esse sua illa affirmatur curia, si in ultis undique causis, litibus, querelis et concertationibus clamore infestissimo persultet. Erunt vero inutile desertaque opem si litibus sit vacua, si pace gaudeat, si suis possessionibus sua pacifice intra permittantur. Nichil itaque hodie vel parum interest quo pacto beneficium quis habeat, utrum vero ostio verus pastor introeat an dolose aliunde ut latro erumpat. Quod si explorator aliquis diligenter legere posset, discernere utrumque in hoc teste minus. Non est apud me dubium plures inter latrones et etiam repertum iri quam veros pastores, ut iam vera sit Christi sententia qua ait ad negotiatores de domo sua eiectos: Domus mea domus orationis est, vos autem eam fecistis speluncam latronum.

De statu et introductione Cardinalium.

Iam vero Cardinalium qui pape assident prius verbis tu-
mentia gestus insolentes ut si artifex quilibet vellet
superbie simulachrum effingere, nulla congruentius forma id
facere posset quam cardinalis effigie. Oculis contemptum obiectando
et sortis tunc infime clericatum in hac electione cum sedis apostolice
ac pompatico incremento pervenerint. Quippe quibus id olim
erat negotii ut efferendis mortuis sepultureque mandandis
inservirent. Nunc vero phylacteria sua in tantum dilataverunt ut
non modo episcopos, quos episcopales solent passim vocare, sed patriar-
chas, primates, sed archipresules velut inferiores se positos
despiciunt. Immo se iam ab illis supplicibus quodammodo adorari
sinant. Qui etiam reges ipsos equiparare contendant. Sed hanc
communem omissa varietate, quis immensam et inexplebilem vora-
ginem sue concupiscentie verbis equare valeat? Nulla quippe
ad hec verba sufficiunt, nullum ingenium, nulla facundia. Quin
de re ista plenius disserere non mee facultatis est, pauca solum summa
summatim attingam ex acervo grandissimo excerpta.

De multitudine beneficiorum cardinalium et eorum incompatibilitate

Atque imprimis quare illud auditum est quod tanta mul-
titudine beneficiorum invicem repugnantium tenent. Qui
monachi simul et canonici sunt, regulares et seculares, qui sub
eodem habitu omnium religionum, ordinum, professionum iura et
gradus et officia beneficiaque possident. Non quidem duo vel
tria, decem vel viginti, sed centena et ducentena et interdum
usque ad quadringenta vel quingenta et amplius, nec parva vel
tenuia, sed omnia pinguissima et optima. Quibus si contenti essent
postquam ad summa illa innosam(?) pervenerint esset. Nunc ultra querunt.
proprie cum pauperibus clericis qui reliquias eorum expectant
agitur. Sed quecumque ad unum vel summam venerint ad am-
pliorem festinant et assiduo festinant et ardentius festinant
novas in dies gratias, novas concessiones petunt, quas cum sen-
serint ad finem pervenire, integrum reformari ac denuo in maius
augeri sine ulla cessatione expostulant. Hic omnia vacantia que
alicuius sunt momenti amplectuntur, omnia rapiunt, omnia auferunt

habes

nichil omnino saltem quod fructuosum sit vel paululum nimis
alius perpendens relinquatur. Nec tamen sitis illa vnda
tanta bursitionum extinguitur. sed vehementius ardet et ne
tit animi fauces. neque enim attendit. non modo nullis fructibus
omnium etiam toto orbe constructarum. sed neque tota anni
mole. quam tangunt suis arcubus seu vehit quasque partes
voluit inexplebiles.

De contractibus symoniacis Cardinalium

Cernentes igitur inopes alii et calamitosi etiam
nichil se posse consequi. sed omnia perfusis spe aliquid
boni in huius auctoribus destitutos non habentes quid fa
ciant. ad quos se vertent. ad hoc ipsos se offerunt. et
aut cum symoniaca pravitate bursitia ab eis mercantur. aut
perditione anime. quod eque symoniacum est ab illis redimunt
qui vestigiis eorum advoluti. in sua familia adiuncti pos
tulant. ut vel longo famulatu. sepe etiam ignominiose
aliquem sibi in ecclesia titulum pariant. Sua quid hodier
na die est. quod sibi aliquis de prebendis vacantibus vel crudi
tione quo commonei valeat blandiatur. Sic iam superioribus
ut quoddam apud maiores fieri solitum esse accepi ad ho
noris esse ascendit. sed illis quas non retuli. quas
de secularium parte familiam. et opportunis petitionibus
paulopost relaturus sum.

De statu bursitiorum Cardinalium

In monasteriis autem et locis aliis. in quibus bursitia
Cardinales occupant. quibus deos serviant. quomodo divinus et
edificia labentia reparentur. res ipsa loquitur. Omnia illic ter
ruunt. omnia labuntur. omnia pereunt adeo ut sepe oporteat
certi ab eis administratores per laicam manum subtrahi. vel
ne reparationes ibi necessarie. que numquam aliter fient com
plete sunt. Quomodo ibi vivatur. qualis disciplina aut
regula observetur. nichil ad eos attinet. dummodo sua
procuratorum solertia. bursa sua nummis multis onusta
redeat. Sed iam diutius quam oportuerit. leniora re-

ne mediocrem defuncta continuit lumina potius ubique
ecclesie ex dura ambitione hominum proborum virorum confecta
continuit. Cuius cum vestiat fera truculentissima omnia
exterminare, consumere, profligare sectiones scilicet scis-
maticas horrenda peste per nefaria Cardinalium in ecclesie
gremium lectam fotam aucta propagata tam diu
inveterata. que quanta cum pernicie per tres ferme et
viginti annos ecclesiam omnibus viribus in laude omnis honoris
invaduerit. quantum eam in presidium omnium iniciat ma-
lorum duxisset. Vir tullius si reminisceret satis eloqui posset

De omissione multorum vitiorum

Transeo symoniacas apud papam intercessiones.
Transeo prebendas venalia. Transeo corruptores
qui apostolicas promotiones turpissimas et damnatissimas quas omnes
fere istis auctoribus et suasionibus fiebant. Transeo mercena-
des et stipendia temporalium donorum. quo cum maximo ecclesie dispendio
capiebat ut eorum negotiis adiutores et curatores
et consiliarii forent. magis aliis procul dubio quam ecclesie
consuleres ymmo dum eis placeret ecclesie incommoda minime cu-
rates. Nec enumerare volo eorum adulteria, stupra, for-
nicationes. quibus romana curia etiam nunc testatur. Nec
referre obscenissimam sive fathic vita. a domorum tamen mo-
ribus nullatenus absona. Sed nec illud etiam refero quod usu-
ras et commertia publice exercerent. Et mercatoribus at
numulariis suas pro lucro mutuant pecunias qua ex ca-
numularios supprime tabule non ignoret tyrullus appellat
hec omnia. aliaque permulta etiam que nunc amore quod longa nimis
narratione onerata redderet orationem pretereo

De promotionibus ad instantiam principum per papam solitis fieri

Sed me preterire non decet plurimum de hac curia ego
dicar. quantam et quam abhominabilem fornicationem
papa et hii sui fratres cum secularibus principibus inierunt. Ita quod
ut sua dominia ymmo vero ut suam tyrannidem omnibus et iam
nimia supra modum cumsam incerta stabilitate confirmare posset

sitque tuto quodcumque libitum esset peragere. Capitalium principum ad
quorum sententiationem componere atque conformare in animum induxerant,
captare amicitias, favores conquirere quantacumque possent
industria studuerunt, aut intra busticiones hiis per quos
exegissent largitione, aut exeniis, aut donis, aut pro-
missis uberrimis, sepe assentatoribus et gnatonice doctrine
versutiis fraudulentis. Ita ne longum faciam, adeo se et ec-
clesiam universalem eorum arbitrio subiecerunt atque dediderunt
quod vix aliquam parvulam prebendam nisi eorum mandato vel consensu
in provinciis eorum tribuere ausi essent. Si episcopus aut obiret,
si decanus vel prepositus vel alia quelibet persona ecclesiastica,
quis inde mortui locum subrogandus appeteret, non prius ad
regem quam principem ibat. Immo vero quibus ita contigit ut absque re-
gis litteris ad principem postulaturus accederet. Mirabile dictu-
que sit et quamquam vix credibile dictu tamen. Si quis pre necessariis
propinquis familiaris aut quolibet alio titulo dilectissimus
persona apud eum promotione constetisset, regales autem omnia ab ipso
nec pontifice iubebatur litteras querere. Alioquin se frustra omni-
aque templa mecum in vacuum abitura promittitque ad gratiam
illi faciendam pre esse compellimus animus. Quam vero oportune
quam improbe quam maxime ut ita dicam et si ferant tremi ipsi dum
per suos sollicitaret principem per suas cotidianas litteras urgebat
nequaquam credibile foret nisi res usu assiduo promulgata
certitudine fieret. Plus cum preceptionibus et gnatoriis
sepius res agebat quam commendatoriis vel precatoriis, quibus
si dedignassent pontificibus obtemperare et alteri quam quod ipse pe-
tebat contulissent, certum erat illum non recipi. Erit itaque
omnes vanitates postulatus, omnia busticia fructuosa secularis
illa familia, omnium rerum ecclesie ministeriorum quam ignara, vi
atque importunitate extorquebat. Nulli eruditi viri de
litteris sacrarum eruditione loquor, nulli probi iusti studiosi
qui curiarum limina rari terunt, ad supina dignitatum fasti-
gia provehebat, sed ambitiosi quique, sed adulatores, sed
histrionici, sed omnibus viciis obruti, quales in aulis principum

frequenter experti sumus. Ita quod inter quamplures qui hodie ad culmen pon-
tificale evectus qui sacras litteras vel perfunctorie legerit aut
didicerit. vix unum quam sacrum codicem nisi tegumentotenus
umquam attigerit. cum tamen intemerando illas in sua institucione
se nosse affirmet. Aut pontificia tenent homines ignari et
illiterati. aut si qui litterati sunt. hii solummodo temporalia spiritualium
legum precepta sacerdotibus interdicta. lucrosasque sciencias secuti
sunt. nichil omnino de lege divina vel spirituali eruditione qua
plebs ad salutem erudienda est senserunt

De congregatione pecunie et rapina curarum predictorum prelatorum

Igitur iuxta morem suarum professionum summo undique studio
ad lucrum inhyant. non quidem animarum. sed nummorum pecuniarum
questum undique explorant. questum flagitant. questum pietatem
putant. nichil omnino agunt nisi quod ad colligendam pecuniam
quamlibet ex occasione suffragari posse crediderint. Pro
ipsa altercantur. certant. iurgant. litigant multo equanimius
portantes iacturam decem milium animarum quam decem vel duodecim
solidorum. Sed me iure reprehendo quod equanimius dixi.
cum nullo animi motu vel turbatione animarum dispendia de quibus
non modo nulla apud eos cura sed neque cogitatio est extra-
patiantur. dampna vero sive rei familiaris etiam levia summa
quoque mente sustineant. Denique si quis fortassis pastor
surrexerit qui non hoc more incedat. qui pecuniam con-
tempnat. qui avariciam dampnet. qui denique non omni via seu
iusta seu iniqua aurum a suis subditis extorqueat. qui sa-
lutari exhortatione vel predicatione animas lucrifacere studeat
et plus in lege dei quam in legibus hominum meditetur. exemplo
et morsibus ceterorum omnium detestatur amicus. Illum pessimi ineptum et
indignum sacerdotio clamitabunt. quippe qui legum humanarum
nescius iura sua defendere non idoneus sit. suos subditos
regere. mulctare et cohercere per canonicas censuras non noverit
nichil quoque aliud didicerit nisi in certo ocio et sermocinationi
incumbere. que officia mendicantium palam esse astruunt. nulla
spirituali cura vel administratione. que vel alii occupatione suos

aiōs teneat fugetur Jam itaq3 sacror eloquiū studia
cū suis pfessoribus in risu atq3 ludibriū oibus versa
sūt. et psertim qd magis pdigiosū ē pōtificibq. q sibi at
tradicoes diuinis lege madatis anpomit Jam illud
egregiū et pclarissimū pdicandi offitiū. solis quodā
pastoribus attributū. eis q3 maxie debitū. ita apud
eos viluit. ut nichil magis indignū. n magis sue dign[n]
erubescendū existiment.

De vitiis prelatorū

Sed ecce dū adverto. pos turre Rone limites
egrediens ad ea q vna pe cū aliis etiā platis
gia sūt vitia delapsus sū. q tn magis in ptulari q
locus requirit. succincta relatoe ptractare volo. principio
nullis debet alienū vel mirū videri si custodiendis ex
ex pte pecuniis. nri plati sumope invigilet. si matri
teneres atq3 ianiti. succo lana et lacte suarū oviū
se incrassare student. quibg pastores fieri cū tam co
stituit. iniuste eiū ut in pverbio ē. matie confecte as
perius mordet. tanta q3 aimatia esurie ianita. an
dius in pda ferunt Quamvis eiū aq susceptā curā pas
toralē locupletissimi eeunt. neq3 eiū ad opus idigetes
solet admitti. tn ex misteriis sibi collatis/suos salte maria
ex pte evacuandi loculos aporiunt. quare eos ad inceptu
sumo itenu labore reple insistunt. Exemploq3 sapietis
agricole tn tirnicto et grandi fenore iacta semia collige
et iterū recupare inmunita sbain sedulo q3 aptiae pos
sunt instar vigilatissimi negotiatoris vniusas merces
suas oibus q eis indiget venale ponunt. Sed qd apud
eos electos q furto. q homicidio. p rapitu a sacrilegio a
alio quovis enormi crimine in carcerem gietus sit. tris
tiacq3 panis et aque edulio addictus ita diu pene fi[st]
iacebit. et tip reus sua crimissa luct. donet p modulo
sug census. a suorum gsta a se petita psolverit Ubi
vero id egerit liber et innocens velut. abire sinet.
Dis noxa. ois error. ora maleficia. etiā si capitalia

sunt pro pecunia laxantur ac delentur. Sed quid loquor de
extraordinarie iurisdictionis. que ita violenter et tyrannice regit
ut nunquam hodie homines eligant tyrannorum manifestorum quam
subire iudicia ecclesie

De promotoribus iurisdictionis episcoporum et eorum abusibus.

Dicam non potest quanta mala faciant illi scelerati explo-
ratores criminum quos promotores appellant simplices
et pauperculos agrestes. vitam satis honestam in suis tuguriis
agentes et fraudis urbane nescios. quia eos sepe pro nichilo
vocant causas et crimina contra eos sedulo confingunt. vexant
terrent minantur. sicque eos pro talia secum componere et pacisci
cogunt. quod si facere renuerint. crebris eos citationibus totidiemque
repetitis semper medium infestant. Et si semel quavis occasione
impediti comparere desierint. censura illico anathematis vel re-
belles et contumaces feriuntur. Si vero ad diem venire
quotiens vocati erunt perseveraverint. eorum audientias apud
auditum tribunalia impedient. moras et subterfugia. di-
lationem et circumventionem captabunt. que pro facile pro foro
ecclesiastico obtinentur. quo vel sic longo tedio. longaque sum-
ptus iactura fatigati. super futura vexatione atque impensa
perpetue pactione redimere cogantur. et fit quod leviter ut pro
delicto nullo. pro exiguo debito infinitum multe expensarum cumulus

De exactoribus pro concubinis tolerandis

Iam illud obscenius quale est quod plerisque in dyocesibus rec-
tores parrochiarum. ex certo et conducto cum suis prelatis precio
passim et publice concubinas tenent. quod subditorum ex-
cessus et vicia. officiales quoque officia cum iudiciis possessa sunt pro-
hec publice vendidant. Sed adhuc bona sunt hec

De collatione symoniaca sacrorum ordinum.

Illud quoque vero ferendum. quod nullus ad clericatum vel ad sacrum
ordinem vel ad quemcumque gradum ecclesiasticum non intercedit ac-
cedit. quod nulli sacramentale gratis confertur. manus ipso

runt. non quod certum aliquid pretium dederit. Ut omnes confessiones. absolutiones. dispensationes venales faciunt. Et si aliqua beneficia. sive sint dispositioni devoluta. per questum ea conferunt. vel sint ea spuriis. aut hystrionibus donant. Et si quis forsan illud evangelium eis obiecerit. gratis accepistis gratis date. non deest quod illico respondeat se minime gratis accepisse. quare nequaquam astringi ex verbo illo ut gratis conferat. Illos denique solos antistites sustinent tamen isti nostri sunt illa sua ligati quod pastorale officium absque ullo suo dispendio sortiti sint.

De indignis et indigne promotis

Non est igitur quod quisquam non valde a vero devius gratis putet ab eisdem fieri. Quomodo enim gratia si non gratis data non falso putabimus magnum illud pestiferum dictum maledictionem a Petro in Symonem. qui donum dei pecunia possideri existimaverat. Ex isto autem fonte profluit illa copiosa vilium atque indignissimorum presbiterorum multitudo. Ut enim ex suis ordinibus maiora lucra percipiant. omnes quotquot advenerint. nullo aut parvo admodum discrimine ad eos quos petierint titulos non admittunt. non forte si qui adeo egestate premuntur ut solvendo non sint. nulla de vita ante acta penitentia est. nulla de communibus moribus vel fama questio. De litteris vero et doctrina quid loquar attinet. cum omnes fere pueros sine aliquo captu ad rem aut vocabulorum morose sillabatim quod vix legere videamus. Quem ergo fructum quam exaudicionem ex suis orationibus sive sibi sive aliis impetrabunt. quibus barbarum est quod orant. Quo pacto sua peccata domini alienis propitiabunt. que sibi ipsis sua ignorantia. et sue feditate vite per suum ministerium incensum faciunt. Et si quis hodie desidiosus est. si quis a labore abhorret. si quis in ocio luxuriari volens ad sacerdotium convolat quo statim adepto ceteris se formulis et tabernas sedule frequentant. potando commessando

pransitando · cantando tesseris · et pila ludendo tota tempora consumunt. Crapulati vero et inebriati pugnant clamant tumultuant / nomen dei et sanctorum suorum pollutissimis labiis execrantur. sic quod tandem compositi ex meretricum suarum complexibus ad divinum altare veniunt.

De perpetua absencia prelatorum ab ecclesiis suis.

Sed redeo ad nostros episcopos qui in omni lubricitate ab ineunte adolescentia educati / tales postea ut dixi erim ministros in ecclesiam inducunt. Inter quorum gesta memorabilia illud a me preteriri non debet. quod multi ex illis qui pastorali apice potiuntur per que annosa tempora potiti sunt. numquam civitates suas intraverunt. suas ecclesias viderunt. sua loca vel dyoceses visitaverunt. nunquam pecorum suorum vultus agnoverunt. vocem audierunt. vulnera senserunt. nisi ea forte vulnera que ipsi sunt omnibus potius quam alienos mercenarios eis intulerunt. Alienos dixi. quod et ipsi non mercenarii sunt qui non gregis sui custodia. salutem profectum querunt. sed solum temporalis mercedis retribucionem. Itaque ipsi vero post mercenarii / tum episcopi nomen habentes quia res per nomen signata procul abest. Nomen etenim episcopi speculatorem sonat. ut supra ostendes. Speculatorem inquit propheta posui te domui Israel. Hii vero super ovium profectum nichil prorsus attendunt. non speculantur nichil prospiciunt. sui corporis curam agunt. seipsos et non oves pascunt. non magnopere pensantes. quis omnibus casibus accidat. utrum morbo vel ieiunio consumpte pereant. dum sibi vel ex caris morte aliquid capescant.

De prelatis in curiis principum residentibus

Etenim dicet forsan aliquis. Iure eis ignoscendum est si raro suas dyoceses adeunt. quia suas tardius revisunt plebeculas. qui pro consilio a principibus accersiti. magna regum negotia tractant. Inmixtique sunt huiusmodi rempublicam regunt. tutantur sustinent. Alioquin confestim collapsuram. Quod utique laudabilius esse videtur. quam si sic privati vel consules.

Primum illud nequaquam eis dederim · quod ipsi ultro a
principibus tamquam consiliarii cooptentur · quibus innumeris mag-
nis stipendiis · atque eorum intercessionibus hoc impetrant · non
quidem zelo aliquo vel cura reipublice · cuius nulla apud
eos caritas est · sed propter stipendia et larga munera que ex-
inde eis proveniunt · ut alieno stipendio vincentes · suam pecuniam
etiam in erarium retrudat. Demumque quale reipublice
languenti ymmo extincte et iam prope sepulte utilitatem
afferunt · utinam nullum nocumentum et pernitiem afferret
Si unquam ea re quippiam prosunt quod omnia tributorum onera quibus hodi-
erna tempestate populus urgetur suis calliditatibus et suggesti-
onibus · initiata et recepta innituntur et tamen in longum producta
Unde et iam pridem usus in regno isto inolevit · quod
aliqui episcopi · talium exactionibus semper prosunt · de causisque et
querelis eorum decernunt · Summum ideo prosunt quod ad gestionem
vocati et suam missi dicere sinant · nisi ea que principi sciunt
placitura · quam reipublice profutura persuadent · Quod sepe
largitione · sepe gratia · sepe odio · sepe etiam timore ducti
non iusta · vera sincera · sed prava atque noxia · fallacibus
adaptata blandiciis dominorum auribus suggerunt · Porro an ea
adimat augeat rempublicam quod pectoribus illorum que ea administrat
amorem et privatum super amorem gentis inculcat · Quod cum ipsi
faciunt · consequens est ut consulti alios etiam facere hortentur · ne
turpi inter se pugna verba eorum atque acta dissidant
Demumque quis ex illis pauperum defensator est · quis afflic-
torum consolator · quis oppressorum sublevator · quis pro
pupillo pronus · quis pro inope vidua contra calumpniatorem
protector · Ymmo vero quis magis a compassione atque miseratione
quorumlibet miserabilium alienus · Pulchre de eis propheta
et vere loquitur sub ymagine principum synagoge · quorum isti
et si successores tempore · in flagitiis iure tamen professores dici
possunt · Principes tui inquit infideles · socii furum · Omnes
diligunt munera sequuntur retributiones · pupillo non iudicant

et tamen vidue non ingrediuntur ad eos

Quod tales prelati mercenarii dicendi sunt

Nunc autem quid aliud sibi volunt quod tam fere quilibet
pontifex ab ecclesia cui presidet sex vel septem aut decem
milia aureorum annuatim accipiat. A rege vero quod stipe-
dium mille ad minimum aureorum, sive tamen ecclesie et omnibus sibi
creditis curam pro regio famulatu delinquunt. Nonne saltem
ut mercenarius dati maioris mercede servire debebant.
Sed sua ad hec visio in promptu est. licet enim apostolus sit
quod ecclesia vivunt quam quod predicent. attamen nimius est eum
maiori adiunctum summa cumulatione constituit. duoque
bona potiora sunt uno. Denique singulis qui a rege prebendam
in regio latere assistat scriunt sibi non dari. At illos qui ex
corporis veniunt lege etiam positos et ab omni servitio immunes
nichilominus tribui. Quid quod sua promotione rege instante
factam regi ipsi et non deo nec ecclesie imputat. Unde apparet
ingrati homines alii quam per quem gratiam adepti sunt nequaquam
inveniretur et merito libentius sedium vicissitudine obsequii quam
illis referunt. Quid quod regibus servire et non deo vel ecclesie
didicerunt. Quid quod non intentione alicuius officii in ecclesia
exercendi. sed quietis aut inertie. in rei habundantia conferende
mitram conscierunt. Quid quod propter assueta stipendia mitra apte
mitra etiam apte exilia opportunitate assequi speravit. que
in suis ecclesiis servientes non assequerentur. At saltem inquies
suis illic ecclesiis ne graventur aut opprimantur subveniunt. Primo
suas et alienas gravant et opprimunt dum pro arbitrio secula-
rium potentum contra sese eos animunt. Sic enim ab optimatibus
quorum negotia agitant. consiliaque frequentant ecclesiis plus
iusto favere arguantur. quotiens de re ad ecclesiam pertinente agi
contigerit. gravius adversus illam quam aliquis secularium insul-
tant. Rara hiis caliginosis afflictio quam non a suis filiis
originem trahat

Quod ultimo est talium prelatorum absentia
a suis ecclesiis quam presentia

Sed quid eorum tam tempore a suis sedibus absentiam accusamus

cu p sua si illic adessent psentia verisimilius obee qua pdesse possent. Quid cu hore illi psint. q toto elabete ano sua bis a ter intrant eccliam. qui totos i aucupio et venatu sylvis et palestra dies agut. q noctes i quinijs accuratissimis i plausibus et choreis. cu puellis etia esseminati. isapines trascut noctes. Qui suo turpi exemplo grege p derma. que ob ductu i pcipitiu trahebes adhuc adolescentuli vite ferula egressi. ad pastorale guolat magisterium. et inde de illo qui de nautico sciut officio.

Difficile itaq e sati statue. qui corum magis icomodet suo grege. hij ve qui deserto eo. lupis q exposito. cu scurris et parasitis in aula versant. an hij poti qui totam posita cu p rapina vexant pituram negligut. p errore ductatu pcipitat. Quamis cum mercenarios utrosqz iure optimo appellaueri q re hij minus dici pari. lupi ado acomodati dicendi sut. Utriq cm qd lupi e agut. vorat disspgut. laterat. diripiunt. hij quide p se ipos. Illi vero p se ipos p alienos. Beatos me dicturus q iure puta uera. hijs nostru angelorum. Ita cm satire liue. psules ap pellant pccaris misterijs imoratu. Sed tato iam mu titudini qua breuiori copendio pcurre. uj quode no licuit ignosta aportet. Reliqua si p singula referre u sut multa sed ea paucis generalib expedia.

De capellanis et canoitis

Quid cum de capellanis et canoitis. longu me tibi sermone uete est. cu vno vbo dice liceat. silet epor p suo mo canoitos ee idoctos. symoniatos. tepidos. abiti osos. obtrectatores. sue vite negligetes. aliene curiosos scrutatores. at nephestores. Adhuc aut ebriosos ignauos. utpote qui passim et i vetudie plen. ex nctio suscepta et scorta. vice coniugu domi tenet. vaniloquos. ptea garrulos. tepus i fabulis et nugis teretes. q nichil utile moneant a sind d quo occupet. et ptea in re sua. seu p phas seu nephas agenda. i cura ventris et gule. i carnis

voluptatibus hauriendis, sive vite felicitatem ut porci epycurei constituunt.

¶ De pace et fraternitate canonicorum

Quam vero inter se pacem habeant, qua fraternitate, declarant secte et seditiones quibus modo in ecclesiis pro-fessionales furias excitant, ut iam illa infernalis ydra ses-manita in ecclesie vertice ab eumenidibus stabilita nimia fecunditate germinans omnia fere collegia suo viperoso semine infecit.

¶ De tam exemptionum impetratione vitanda

Et hos ergo canonicos aliquis vocabit qui sic ab omni canone, hoc est ab omni regula abalienati sunt, quod ut licenter et impune omnia que fert animus flagitia admittere possint, ab omni se castigatione et disciplina suorum prelatorum maxima ubique redemptione exemerunt. Fraudant itaque mutuo, fraudant pauperes, fraudant subditos, et sic Paulus loquitur: iam inter dispensatores ecclesiarum merito queritur ut fidelis quis inveniatur. Quas dices fraudes et rapinas tunc fecerint, non est qui eos puniat. Ad papam enim, quem solum iudicem plerique eorum se habere iactant, quibus arguendo pauperi accessus est.

¶ De vita et moribus monachorum sue professioni repugnantibus

De monachis autem et monasteriis late patet ad loquendum materia, sed me iam dudum tedet in tot tantisque abhominationum enumeratione demorari. Nec tamen sicco ut aiunt pede intacti abeant, paululum aliquid dicere necesse est. Quid autem commendabile de ipsis dicere possumus, qui quanto magis inter ceteros ecclesie filios ex votis sue religionis perfecti esse debeant, quanto magis abstracti a cura secularium quibus abrenuntiaverunt et in sola celestium contemplatione suspensi, et quanto magis continentes, magis obedientes, minus vagabundi et a claustrorum septis rarius egredientes in publicum, tanto ab hiis omnibus rebus licet eos videre magis alienos, magis videlicet tenaces, magis avaros, magis secularis rei versis retrorsum animis immixtos, magis insuper lubricos, indisciplinatos, dissolutos, inquietos, magis per loca publica et inhonesta si modo frena laxet

disciplinis patet. ita ut nichil illis eque odiosum sit quemadmodum cella et claustrum. lectio et oratio. regula et religio. Quo circa monachi quidem sunt exteriori habitu. sed vita. si operibus sed interne conscientie spiritu tamen a professione quam habitu ille demonstrat/ longissime disiuncti. Fallit autem illos nimium sua opinio. Nam quanto sua professione reiecta. curiis magis adipiscendis intendunt. tanto pauciora habent. tantoque do tes et redditus sui. magis semper in nichilum fluunt. Ecce omnium cenobiorum ubi nimios olim fructus. ita hodie attenuatos cernimus. ut unde centum homines vivere solebant. vix nunc decem egerrime vivant. Videmus omnia labi. omniaque solo equari. non suppetente copia. qua saltem antiqua edificia a ruine defendantur iniuria. Quod quidem multo aliter eveniret Quamdiu enim iuste sobrie caste innocenter vivendo studuerunt sue regule instituta. regnum celorum. et non hec temporalia querere studuerunt. tamdiu eis omnia illa satis superque fuerunt adiecta. Primum inquit salvator querite regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adicientur vobis. Ubi vero a vite innocentia et a querendo regno dei per nepharia opera destiterunt. iure ab eis illa subducta sunt. que veris iusticie cultoribus. regnique

Sllara conquisitoribus fuerant promissa. Regnum inquit hystoricus facile hiis de artibus retinetur. quibus initio partum est. Verum ubi pro labore desidia. pro continentia et equitate. libido atque superbia invasere. fortuna simul cum moribus immutatur et quod de regno dictum est audis. de opibus et honoribus ceteris que fugacibus bonis. dictum intellige.

De mendicantibus et contra eorum iactantiam et gloria

Venio nunc ad mendicantes. qui ex professione artissime paupertatis. veros se Christi discipulos. verosque imitatores esse iactant atque gloriantur. Quippe qui considerantes uti ipsi aiunt illud evangelicum. Si vis perfectus esse vade vende omnia que habes et sequere me. Et item. Nisi quis renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus

omnium possessionum suarum . rerumque temporalium spreta onereque gra-
vissimo . qui eruditi postea in divinis litteris . quibus pene soli
hodie insudant . pabulum verbi dei quo populus reficiatur assidua
predicatione ministrant . viam eis salutis eterne quam nemo alius
docet aperiunt . Iustorum digna premia impiorumque supplicia de-
monstrant . sicque animas ab interitu sempiterno per veram penitenciam
renovatas ad deum converti faciunt . Denique soli ipsi ut asse-
runt ceterorum omnium ecclesie secularium dormitantium officia peragunt
ministeria exercent . eorum delicta ignorantias et negligencias
supplent .

Questio de perfectione mendicantium

Sed libet ab eis querere . si hunc gradum supreme perfec-
tionis christoque propinquissime attigerunt . Quid est quod
suum eam verbis ita magnificant . Quid insolentes adeo inde
se iactant . quod vivunt sic propterea viam gloriationem superferunt . Pro-
que alios omnes sui status comparatione ab omni perfectione evacuant
Decebat eum ut alieno ore . et non proprio suo . illa ethica et
angelica in fratribus conversatio laudaretur . si non solidam laudem . non
vanam suspectam odiosam cupiebat . Ratione hec est perfectorum vera
iusticia . ut nunquam arbitrentur perfectos . Imo vero quo iusti-
ores fuerint . eo magis in humilitate de se sentientes . longius
se a iusticia abesse estiment : Hec dum de eo quod habere se presu-
munt inaniter super se efferuntur . et ipsum quod habebat si
quid tamen virtutis habebant evanescat

Quod humilitas est fundamentum perfectionis

Hinc humilis publicanus . sua deo peccata confessus iu-
stificatus a templo redire meruit . et quam orabat
veniam impetravit : Superbe autem phariseus sua merita predi-
cans . et pauperculum despiciens vacuus abcessit et inexauditus :
Quoniam deus superbis resistit et humilibus dat graciam . Videtur autem
hec parabola contra hos questuarios verbi dei adulatores
convenientissime inducta . Quia sicut synagoga suos phariseos
habuit . adversus quos in evangelio acrime christus semper
invehitur . Ita nunc nomini ihesu novi et subintroducti apostoli . ecce

pharizei censendi sunt. quibus omnia a xpo de phariseis
dicta. et alia forte plura. nescio an deteriora conueniunt
de quorum sacrilega impietate. quia non multa. breuiandi
studio dicere concedit, paucitas xpi saltem sententias per quas
ab eorum insidiosa versutia nos tamen admonet audiamus
Ait itaque de eis saluator. sine fonte patefaciens neque
Attendite a fermento phariseorum quod est ypocrisis. Et
rursum Attendite a falsis prophetis. qui veniunt ad vos in
vestimentis ouium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces
An non lupi rapaces sunt velamina ouium gestantes qui omnia
que huius mundi sunt. verbo sinose deseruisse asseuerant. facto
autem ipsa temporalia incredibili ardore concupiscentie insidijs
fraudibus atque mendacijs vndique exquirunt. An non lupi
rapaces sunt omnium laicum velle amitti. qui vite austeritatem
castitatem. humilitatem, statum simplicitatem exteriori specie simulant
intus vero exquisitissimis delicijs. et variarum copia vo
luptatum. ultra omnes mundanorum luxuria exuberant.
An non lupi rapaces sunt sub ouili velamine latitantes
qui more sacerdotum belis. in sinus pectoralibus deuorant. oblata
inerose ac lautis epulis. cum non sint vxoribus. licet sepe
cum suis pluribus auide insatiantes cunctaque libidinibus quarum
torrentur ardore pollucentes. An non lupi rapaces sunt fo
ris oues mentientes. qui ea que facienda dicunt non faciunt
et cum alijs predicauerint. sua ipsa predicatione reprobi efficiuntur.
An non lupi rapaces sunt omnium similitudinem falso pretendentes
qui cum angeli lucis primo aspectu appareant, sathanis
tamen verba faciunt. non xpo domino sed suo ventri seruiunt. et per
paule st — dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium
Sed audi adhuc quod de illis ad propositum saluator dicit
Ve vobis o scribe et pharizei ypocrite. qui mundatis quod
deforis est calicis et parapsidis. intus autem pleni estis
rapina et immunditia. Et similes estis sepulchris deal
batis. qui a foris apparent hominibus speciosa. intus vero plena
sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Audi de eis

preius dici pt. quid apts quid lucidius q qd celesti
ore dictu audis? Sed et paulus gentiu doctor pnostic
in spu taliu circa extrema tpa subuersoru ingressu. et
etiam p eos initia tande vulnera sensura. ad thimo/
teu suu scribens. illos sumo studio declinandos hortatur
sua posteritati ducat. Hoc aut scito q in nouissis diebus
instabunt tpa piculosa et erunt hoies seipsos amantes
cupidi. elati. supbi. blasphemi. et multa q hys addit
ab hys seductoribus no abhorrentia. tande qd eis e ppriu
subtexuit. habentes quide spem pietatis. vtute aut eius
abnegantes et hos deuita. Ex hys eni sut q penetrant
domos. et captiuas ducunt mulierculas onustas pctis
q ducunt varys desideriys. semp discentes/ et nunq ad
sciam veritatis puenientes. hoies corrupti mente. repbi
circa fide. Rursus et idem apls. ad eunde suu discipulu
loquens. Spus aut manifeste dicit. q in nouissis tpibz
descendent quida a fide. attendentes spiritib9 erroris. et
doctrinis demoniorum in ypocrisi loquentiu mendaciu et cau
teriatam habentiu sua conscienciam. q nemo abigere debet. de hys
nomis phariseis e scripta. Multa et alia de istoru pseudo
pphetaru opta iniqtate qua domu dei pfodiut et pol
luit. sacra in pluribus locis scriptura memorat. satis eoru
pfidia. quatu ad nram ptinet breuitate detegere videt.
De qua si quis innat aphora agnoscere/ cyrillu videat
et illic mira de eis inueniet ad fideliu instructione
longe ante oriretur spu scto reuelate pdicta. quanqua
nec aliqui aly scriptores etia defuerut. q de hys subdol
illusoribus multa valde vtilia et pclara p9 coru interitu
ad cetero premonitione. et premunitione pdiderunt

De impudica vita et conuersatione monialium

Restant nunc sole moniales ut nram narratione
quemadmodu pollicita sum9 a sumo capite usq ad
extrema vestigia. nullo pretermisso gradu deducamus
De hys aute plura dicere etsi plura q dici posset supp
petebat/ verecundia phibet. nec tn de certi virginu. deo

dictitarim sed magis de lupanaribus, de dolis et procacitate meretricum, de stupris et incestuosis operibus pudendum sermonem prolixe traham. Nam quid obsecro aliud sunt hoc tempore puellarum monasteria nisi quedam, non dico dei sanctuaria, sed veneris execranda prostibula, sed lascivorum et impudicorum iuvenum ad libidines explendas receptacula, ut idem hodie sit puellam velare quod et publice scortandum exponere.

Hec sunt que de nostro clero referenda visa sunt, cum multa sciens preterii et silentio suppressi, que si per singula complecti vellem et in universum omnes progrederer, nec modum habitura esset oratio. Que cum ita sint, nemini debet mirum videri si ecclesia ex talibus aggregata nunc his molestiarum aculeis, nunc illis adversis turbinibus quatitur. Mirum potius et stupendum videri debet si tot viciis atque spurcitiis serviens a flagellis immunis ageret.

Comparatio morum modernorum cum moribus pastorum priscorum

Nunc et confer hanc vitam, hos mores, hoc regimen cum primeva priscorum disciplina, cum maiorum caritate, continentia, sobrietate, districta severitate, videbis quam talpa cecior est. Tanta inter eos distantia quanta inter lutum et aurum. Iam siquidem hiis diebus nostris in quos fines seculorum devenerunt, ab aureo capite illius grandis statue quam vidit in figura Nabugodonosor, paulatim semper in deterius per argentum, es et ferrum prolabendo, ad partem pedum luteam ac fictilem pervenimus.

Conversio actoris ad deum

Ita vero deus optime vinea tua electissima quam tua olim dextera ipse plantasti, cum sepe et maceria ad ferarum malignarum cohercendam aggressionem circumdedisti, ita nunc iniuria destructa sepe, maceria diruta, agrestis ac degeneris effecta. Ita vepribus et spinis completa. Ita pro uvis dulcibus quas ex ea prestolabaris labrusche sentibus consita ut vix per eam transires. Eadem est vero nostra, quam tanto olim studio, tanta cura et cultu nobilitaveras. Ecce iam universe fere eam diripiunt. Omnia agri pecora conculcant. Hinc aper de silva exterminat, inde ferus

singularis vineam sic impetu vastat ac perstringet cuncta que
depascit. Averte obsecramus domine iram tuam et vn-gra furoris
tui a vinea tua. et de celo sancto tuo miserationibus oculis super
eam respice. et si non propter nos qui indigni sumus. saltem propter nomen
tuum ineffabili clementia gloriosum. Scimus nostris peccatis
hec et maiora deberi supplicia. Sunt peccata nostra super arenam
multa. super omnem acerbitatem gravitatemque gravissima. Sed
etiam scimus eam regionem tuam iniectam nimis omnia hominum peccata non
modo que perpetrata sunt. seu quo prius in mente tuam eadem summa in
consuetudine supergredi. Scimus tuam benignissimam pietatem nunquam
in ignoscendo defessam. tuum quoque ante venire iudicium. primos super
tua opera universa prestationem. Scimus te patrem esse. nos quamlibet
degeneres attamen filios. Et magno autem peccato
filii satis est pro patrem supplicare. Sed scimus quod obsistit quo
minus nos miserearis et ignoscas prius volens et appetens
quia nequaquam resipiscimus ab erroribus. Una ad te igitur
miserere viventi volumus. quod utique per servos tuos prophetas
tue in nos vindicte prenuncios tanta cum diligentia nos ad
mones. legem haut nobis quam misereri debeas per eos in
sinuas. Sed nos qui ad tua mandata. dura sumus cervice.
et indomabili corde. te ad veniam vocantem non audimus. te exer
tante contempsimus. te suadente aspernamur. te plaudentem atque
volentem ad preterita omnia si nos preteritorum peniteret condona
da pro nova et peiora facinora cotidie provocamus. Prius
ad vocem iram absque desistis. tuamque manum adhuc exertam
a nostra percussione non revocas. sed novis peccatis continuatis
nova indesinenter flagella cumulas.

Excusatio auctoris super generali deformitatis accusatione ecclesiasticorum

Nolo autem ut quis existimet per ea que ecclesiasticorum
vitiorum premissa sunt. me omnes prorsus ecclesiasticos. nullo
excepto comprehendere velle. Scio illum non mentitum esse nec
mentiri posse qui dixit. petre Rogavi pro te ut non deficiat
fides tua. nec sum nescius. in singulis quibusque statibus. ali
quos et forte plurimos. bonos iustos. discretos esse. ab illisque
maleficiis que supra memorata sunt separatos. Sed tamen

imposterum in singulis professionibus exuberantia. ut vix inter
mille unus reperiatur. qui id quod sua professio exigit sin
ceriter faciat. Rursum etiam si simplex aliquis. si castus aut
frugalis in collegio aliquo vel conventu. lata et lubrica
perditorum via non ferretur fabula et ridiculum ceteris efficitur
insolens et singularis. insanus a propheta quondam appellatur
unus et multi quod ad bona fingere deveniret. si tunc modesti et
boni degentes. hac voce abstracti per malorum consortia ad
malum trahuntur. Dum talia inter suos contubernales nota perhi
bentur. Unde est illud psalmi utique verissimum. Cum electo
electus eris. et cum perverso perverteris

Quare de bonis viris auctor silet

Quamobrem nemo admiretur si rari hoc tempore sinceritate
et modestia fulti et recti sint. tot sceleratis et omni
loco ad mala compellentibus. et per mille insidiis sollicitantibus
Itaque pre multitudine nequitie ita prevalente de bonis siletur
qui alias comparatione pro nihilo et nullo atque momento sunt
Et dum sermo de politia ecclesie. a de membris eius cadit
tanta turba prevaricatorum. tota ecclesia inter nos adducitur.
eo loquendi more. quo plerumque in locis scriptura utitur
In genesi autem legitur. omnis caro corrupit viam suam. et tamen
eo tempore quo pro peccatis hominum. cataclismus erupit. Noe
vir iustus coram domino repertus est. et postea cum suis in archa
salvatus. Rursus in libro psalmorum scriptum est. Omnis homo
mendax. omnes declinaverunt. non est qui faciat bonum. et tamen
idem ipse qui hoc dixit de se testimonium habet. quod invenisset
cum domino virum secundum cor suum

Ex statibus ecclesiasticis merito patitur

Igitur cum ad hunc modum. ingratitudo ecclesiasticorum ceteraque officia
se habeant. quis dubitet non dei animadversione.
mala esse que patiuntur. accidere. Res mira ut supra diximus
et insolita videri deberet. si quid eis prosperum accideret.
Siquidem per totam divinorum librorum voluminum seriem. bona nobis
hoc pacto a deo promittuntur. si legem ipsius servaverimus. si man

data teneamus. In preceptis eius ambulemus. fedus nobiscum
ab eo initum non irritum faciamus. Quod si nephariis operibus
testamentum eius prophanemus. pactum et legem irritemus
iussa et tradiciones postponamus. quanta fuerint bona ab eo
petere appetere presumemus. Rursum e contrario alterum subeamus. alterum
a propheta proposita pena. si mandatis obediemus aut pollicita
supplicia. si transgressores simus. quam iniqua mentiri noverit
deus ... qualitate utraque tribuenda respondit. Quid sy-
nagogam que typus ecclesie fuit secundum quod paulus dicit omnia illis
in figura contigisse. quid inquam eam prostravit. desciit a
deo. et tot cladibus oppressa in eiusdem malicia fecit.
Et si iuxta parabolam ezechielis de duabus sororibus ooliba eze. 23.
soror oolle sorori maiori similia gessit. immo eam flagitiis et
fornicationibus amplius in semetipso superavit. quomodo sibi credet
prime tede? Expergiscere tandem aliquando ex longiori tuo sopno
... soror synagoge. expergiscere inquam aliquando et
tue ebrietati. diu satis ut ita dicam edormivisti. modum
pone. prophetasque istum et ceteros vide lege intellige. si
tamen non usquequaque tua ebrietas prophete testimonio cor absorbuit.
Si ergo ulla in te sani cordis et scintilla superest. prophetiam
dictam sedulo revolve. tuumque illius statum. et tuam confusionem
non utique dormitationem tante. sed e vicino venturam pendere considera
videbis quis te exitus expectet. quamque male et periculose
si in huius sordibus tam diu iaceas. Quod si prophetas non audis
... de te dum tot mala minatur. locuti fuerint. ipsa te
fallis. et periculoso ... et iure decipis. De te enim illi
locuti sunt. et que minantur omnia. super te nisi despicis relapsura
debes agnoscere. sed fac conversa vaticinia alios spectare.
Quid de illa prophetia Iohannis fratris domini apocalipsi ... Au non
illa saltem ad te aliqua ex parte pertinere putas. non pudore ita
cum sensum perdidisti ut hoc neges. Illa ergo intuere. et lege dampnationem
magne meretricis super aquas multas sedentis. illiusque
tua peccata facta contemplare et tuos futuros casus.
... status ... superbia tendit ad ruinam.

Porro cum omnia imperia et regna gentium quantacunque potentia magna vel diuturna ob suas iniustitias et superbias deleta audias, eversa videas atque possessa, tu qui solida humilitate super quam fundata eras nullos impetus turbinum metuere, tam longe abiecisti, tumque torrem tam in altum extulisti: quomodo exciso atque avulso tuo humili fundamento, ruinam superbie molem quam desuper extendisti non mituram putabis? Cepit iam dudum tua superbia, nequaquam se ferens lucem, sed lento quidem et pedetentim, et propterea a pluribus ruina illa non est percepta. Nunc vero in modum torrentis tota in preceps agetur. Ex illo presertim tempore quo abhominandum hoc scisma te invasit, quod perfecto ad cumulandas tuas nequitias intollerabiles et infamias falsas. Una super te iracundia venire promisit. Quo vel sit regnum tuum a deo graviter gentibus adiectum, cum evangelicam veritatem in semetipso dimissum desolaretur. Fractumque et dissipatum gaudet. Sion quidem quod fides ecclesie in hoc mundo conspectu in civitatis prius sub periculo debeat, que fundata super firmam petram, stabilis et inconcussa mansura est. Sed loquor de temporali potestate, de gloria et delitiis quibus usque ad nauseam et oblivionem sui ipsa ecclesia inebriata est, de quibus in dampnacione meretricis vindicibus angelis precipitur: Quantum glorificavit se et in delitiis fuit, tantum date ei tormentum et luctum. Nam ut ea que longinqua sunt de grecorum a nobis dissidio, propter nimiam superbiam et avaritiam orto, de christianis limitibus catholice religionis, per totam pene orbis terrarum vastitatem olim porrecto, ut hec iniqua et alia nonnulla vehicula per eandem ecclesie infligi cepta non repetam. Nonne saltem ruina illa qua urbem Romanam sedem ac caput ecclesie sic ruere et collabi videmus, ecclesie ipsius et totius eius imperii desolationem appropinquare nunciat. Post destructionem Ierusalem secuta est de primo indecorum et synagoge dispersio. Quomodo enim diu stabit aut vigebit, que sua destructa statione et capite perdito vaga et instabilis

per orbem distrahitur. et qui iam peregrina et hospes in mundo
de uno loco ad aliud migrare cogitur. Ex illo plane suadente
clade animum prouidere debuit. ex quo propositas fornicationes
odibiles. Romuli urbe relicta Avinione confugit. ubi quanto
liberius. tanto apertius et impudentius vias sue immunditie et
prostitutionis sue exposuit. peregrinosque et peruersos mores
calamitatum inductores. Sinamque galliam inuexit. retentis quidem
usque ad illa tempora moribus frugalibus. disciplinam nostratem
nunc vero luxu perdito usque adeo solutam. ut merito ambigi
possit. utrum res ipsa audita mirabilior sit an visu misera-
bilior. Verum atque forsan de gallia. nunc de ecclesia loquimur.
quam maligno nescio quo facto. loca quibus insederit. suo fer-
mento inficere consueuit. translatisque principiis at ruine illius ex
quamquam non grauis. a absque ultione. Vidit enim ei debitam
ytalia reddidit quam nudam et suo primordio patrimonio
spoliatam suis pedibus eiecit. Malo vero ipsa gallia inopes
per eam facta redire cepit. ut impleatur illud prophete presagium
Ad honorem omnipotentis dei. aliquos modos et vias pro eleuacione mentis in deum propono conscribere. Et quamuis hoc non sit currentis neque volentis. sed dei miserentis. tamen cum dei adiutorio habitis exercitiis et modis multo facilius potest se quis eleuare. ¶ Vnde primo sciendum quod diuersi diuersas ponunt dispositiones. Beatus Anselmus in suis meditacionibus incipit per viam timoris. Et hec est via inchoatiua. Beatus dyonisius ponit tres vias. scilicet purgatiuam. qua primo homo mundat consciam suam per penitenciam. Via illuminatiua. scilicet qua homo se accendat in amorem dei. per memoriam et gratitudinem beneficiorum dei. quia sicut dicit Augustinus in meditacionibus suis. Ad deum diligendum nichil tantum valet sicut beneficiorum eius frequens meditatio. Tercia est vnitiua qua homo per amorosam coniunctionem et adhesionem vnitur summo bono. congratulando perfectionibus suis. et totum se ei submittendo subiciendo promptissima voluntate. Beatus benedictus ponit viam instructiuam. A beato gregorio dicitur modus exemplatiuus. Beatus cassianus dicit quod apud ipsum meditari quod inducitur timorem. Et quod procurat imitacionem

et vita sanctorum. 3o ea que inducunt spem futurorum et gaudia
sanctorum. Item Johannes Gerson cancellarius parisiensis dicit quod ad divi-
num timorem pervenitur per compunctionem, admirationem et exultationem.
Bonaventura dicit quod ad hoc valet tria, scilicet divina reverentia
orationum suffragia et benivolentia. hoc est quod homo reputet
se indignum tot et tanta beneficia a summo bono percepisse,
offerens bonam voluntatem suam ad gratitudinem omnium. Beato
Jeronimo ponitur asscribi vitam peregrinativam. hoc est quomodo dominus
ihesus in hoc mundo vitam duxerat tanquam peregrinus. Beato
Ambrosio via operativa. Francisco via compassiva. Bernardo
via affectiva. Augustino supplicativa. Hugoni orativa
Gregorio exultativa. ¶ Est tamen verum quod quilibet eorum plures
vias habuit. Sed hee quasi exemplariter eis asscripte
sunt. Et quia diversi amatores diversis moventur modis, ideo
diverse hic ponuntur vie. ¶ In generali tamen sciendum est quod volens
videre dilectum suum Jhesum primo mundet oculos si sunt
turbidi aut tepidi. Et hec est via purgativa. Deinde si sunt
tenebrosi accendat lucernam ut clare ipsum videat. et hec
est via illuminativa. Deinde appropinquat et pia reverentia
procidit ante pedes eius. deinde tempore elevatur a dilecto por-
recta ei manu. Deinde suscipitur ad osculum pacis. Deinde
affabiliter ei loquitur. cupit semper manere cum eo. liquescit
in eius presentia. languescit in eius absentia. querit. vocat.
suspirat. inventum demum tenet. in eius amore ardet.
alia fastidit. soli illi adherere volens. Et hec est via uni-
tiva. Et post longum tempus in eo quietatur, ita ut in pace
factus sit locus eius. ¶ Ex hiis et aliis patet clarius quod
dicte vie procedentes in amore dei. et studiis hec erunt quedam
capta. de doctoribus utilibus ad elevationem mentis in deum.

Et hec de prohemio — Sequitur registrum

Inchoativa
Purgativa
Illuminativa
Instructiva
Imitativa.

Via
Exemplativa
Admirativa
Pugnativa
Operativa
Compassiva

Via
Affectiva
Supplativa
Orativa
Unitiva
Exultativa

Capitulum primum — De via inchoativa — Anselmus — De doctrinis

A timore servili procedit filialis. plures enim incipientes declinare a malo et facere bonum incipiunt a timore. Ideo hec via dicitur inchoativa. De hac via habetur in Jeronimo Sive comedo sive bibo sive quid aliud facio. semper resonat hec vox in aure mea Surgite mortui ad iudicium Et in vitis patrum habetur de hora moatho. qui semper timuit tamen. sed in hora mortis obmisit demonum. deductione ad iudicium. et sinam in ditis De hac via dicit Anselmus. O lignum aridum. et inter ignibus dignum. quid videbis in die illa. quando exigetur a te ad ictum oculi. omne tempus vivendi tibi concessum quomodo a te fuerit expensum etc Et continet multa incitativa timore sicut exemplo ponitur in tabula secundum ordinem alphabeti Alteratio et instabilitas mundi. quia homo numquam in eodem statu permanet. et nescit an amore vel odio dignus sit. Si enim relinquet eum dominus ad ictum oculi. statim dyabolus eum submitteret Bellum triplex carnis mundi et dyaboli. adversus spiritum hominis. Cotidiana fragilitas et negligentia resistendi. peccandi et perficiendi Divina severitas quae apparuit in casu luciferi in perditione mundi per diluvium etc Exitus dubius de hac vita quia nemo scit. ubi quando et quomodo morietur an bene vel



male Futurum iudicium. ubi erit iudex infallibilis
ineffugibilis inflexibilis Nemo potest eum fallere nec effugere
nec a sua appellare Grauitas penarum purgatorij
que secundum Augustinum excedunt omnem penam huius mundi Hor-
ror demonum et penarum inferni Ignis inextinguibilis etc
Karissimorum animarum celi perpetua separatio Luctus et
vlulatus sine consolatore Maxima strictitudo nam peccata
Sicut oues in inferno positi sunt Notitia et confusio suorum
peccatorum Odium sui et omnium que sunt in toto mundo Quietis
et spei perpetua ablatio Rationis obstinatio in malo
quia non wlt [illegible] bonum. Stridor dentium pre angustia.
Tencio et captiuitas. quia nec potest de loco moueri
quamuis vellet. Vermis conscientie de obmissis et scandalis
Xpe redemptor pie. qui sumus causa tue vie ne perdas
nos illa die. ¶ De via purgatiua Ca 2m
Dyonisij.

Postquam homo tot terroribus. mortis. iudicij et in-
ferni conturbatus incipit timere. tunc arguit seipsum
sit in seipso ¶ Quicumque peccauerit mortaliter
aut oportet eum dampnari. aut lamentis purgari. sed ego pec-
caui mortaliter. ergo oportet me dampnari. aut lamentis penitencie
purgari. Sed quia dampnatio est perpetua. et purgatio
temporalis. volo igitur agere penitenciam. Interim quod tempus mihi vacat
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee
et quantum delectatus sum in delitijs tantum me affligam penitencie
tormentis ¶ Post secundum illam viam ponat homo decem puncta
aut quot voluerit et dicat O pater misericordissime. ego sum
filius ille prodigus. qui hec contra tuam pietatem commisi. et ita
ingratitudinis fui. quia me innocentem creasti et ego me depraua(ui)

Perpetuitas penarum inferni. quia in inferno nulla est redemptio

Tu pro me crucifixus et humiliatus. et ego me exaltavi. Tu nudatus. ego avarus. Tu amaricatus ego delicatus. Tu felle potatus. ego crapula saturatus. Tu totus laboriosus. ego omnino accidiosus. Tu pro inimicis orasti. et ego inimicos et amicos adulavi. ¶ Sed quid faciam? numquid desperabo? Ubi est illud. nolo mortem peccatoris? Ferrum vitrum et speculum cum rubiginosum est purgatur. et ego per viam purgativam. lima contritionis et confessionis et satisfactionis me purgabo. Sicut me exaltavi ita ero opprobrium hominum et abiectio plebis. contra avaritiam. abrenuntiabo proprietatibus meis. contra voluptates. affligam me ieiuniis vigiliis fame et siti. purgabo me per lacrimas. per gemitum orationis. per ignem tue compassionis. per ardorem tue caritatis. Et ut latius hec via purgativa appareat. videatur hec tabula secundum ordinem alphabeti

¶ De
- Amicitia dei amissa
- bonitate dei contempta
- consensu et culpabili vita
- dilapidatione temporis et virium corporis et anime
- excessu preceptorum dei. ecclesie et superiorum.
- fragilitate resistendi penitendi et confitendi
- Gravi negligentia laborandi orandi meditandi legendi etc.
- habitu et consuetudine ex frequenti intentione peccandi
- Ingratitudine qua iterum et iterum sibi dimissa renovavit
- karitatis extinctione per quam cuncta peccata
- laxatione timoris dei qui contra tam magnum dominum tam magna et horribilia peccata committere presumpsit

¶ Peccator non desperet sed assumendo confidentiam purget se. Per
- Misericordie imploracionem

Per
- Bone vite assumpcionem
- Oracionum suffragia
- Passionis xpi interpositionem
- Maceracionem .i. austeritatem penitencie
- Reiectionem honoris volup- tatum et delectacionum

Per
- Sanctorum intercessionem
- Operis utilem expensionem
- Voluntatis proprie abrenunciacionem
- Xpi benignitatem qui non vult mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat

Dyonisii

De via illuminativa Capitulum tercium.

Purgata consciencia iam aptior est amori divino. Unde sicut speculum purgatum potest plus relucere. Hec ergo dicitur via illuminativa. quia homo iam incipit videre et cognoscere dilectum suum. quem prius propter rubiginem peccatorum videre non poterat. Unde querit. Qualis est dilectus meus. Respondet. Ipse est qui michi tot et tanta beneficia contulit. quod si possibile esset. ab eius laude et graciarum actione numquam cessare deberem. Hanc viam illuminativam. David habuit cum in psalmo ait Benedic anima mea domino. et omnia que intra me sunt nomini sancto eius.

Considerandum hic est. quod non principaliter debemus deum diligere propter beneficia sua. sed propter immensam suam bonitatem et propter seipsum. Sicut enim propter lumen non videntur res finaliter. sed mediante hoc videntur clarius occasionaliter Sic illa via dicitur illuminativa. quia accendit provocat et illuminat omnem hominem ad deum diligendum. Unde Bernardus Tot beneficia contulit michi deus. quod si considerarem et si unus rusticus michi fecisset. tenerer eum diligere. Quid igitur rependam summo amatori de suis beneficiis? Certe gracias agam et commemorabo quantum potero. Unde de hac gratitudine et via illuminativa videatur sequens ~~capitulum~~ secundum alphabeti tabula

A. Gras ego.

Gratias tibi ago summe deus de Ardentissimo
amore tuo. quod creasti me nichil mei indigens
quia me carere poteras. quia nichil tibi sum utilis. sed
ex tua bonitate eterna. participasti michi esse. vivere et intelligere
et ad ymaginem tuam me formasti. Benignissima incar
natione tua et redemptione. Tu es enim ille rex regum
qui sedes super cherubin. et intueris abyssos. qui propter
nostram salutem. nos desertos assumpsisti. paupertatem. famem
sitim. tristitiam et dolores etc. In terris visus es. et cum hominibus
conversatus es. Et delicie tue esse cum filiis hominum. Unde hec?
Non ex nostris meritis. sed ex tua eterna bonitate. Quantas
blasphemias. irrisiones. tormenta pro nobis sustinuisti.
non coacte. sed libenter et voluntarie. et non solum libenter
sed et ardenter. Poteras nos propter peccata nostra in nichilum
redigere. vel certe alios homines innocentes creare. sed boni
tate tua nos habere voluisti. ymmo pro nobis tanta susti
nuisti. quasi te odiens et nos diligens exaltando. Quid
melius deo et quid vilius peccatore qui tamen peior est et
illuditur pro peccatore. Confidentia. qua nos vis habere
ad te. patrem enim te hortaris vocare lutum et cinerem. et
petere mones. ut habeas occasionem dandi. Delectaris enim
in nostra salute. et das nobis plura. quam ex pigritia pe
timus. Et quanto plura das tanto plus habes. Donis
in prestitis. Dedisti enim michi hoc corpus. hanc animam. et vires
corporis et anime. Angelum pro custode. Dyabolus enim me mil
lesies obruere potuisset. nisi ille me defendisset. Et bre
viter omnia que habeo dedisti michi. Ipse enim es deus meus. qui
mercatus es me in cuius potestate meus flatus existit. quem
cum aufers revertor in pulverem. Educatione. Dedisti

cum in laboriosos parentes . qui me suis laboribus conti-
nuerunt et nutrierunt . et non neglexerunt . Produxisti parte
meam . in firmamentis carnibus et piscibus ac aliis quibus
educatus sum usque ad hoc tempus etc. Hac et sacramentis
Summa dedisti me nasci inter christianos . non per pitium
paganum aut iudeum . sed baptizari . et aliis sacramentis
adiuvari . quibus tua amarissima morte efficaciam me-
ruisti . et specialiter de hoc sacratissimo sacramento corporis tui
in quo manes nobiscum usque ad consummationem seculi .
Et tantum etiam diligis ut persecutores nobis fratres . t
fici dicas . clamas de celo . Saule saule . quid me per-
sequeris ? Gratuita tolleratione in peccatis . et renovatione .
Dissimulasti cum peccata mea . non me denegando ad in-
feros trahendo . sed expectasti . vocasti per inspirationes
ad penitentiam per flagella . per infirmitates . persecutiones
per correptiones . per predicationes . per horrorem . mortis . iudicii .
et inferni . et non cessasti donec ordinem orare . Hylari-
tate pijssima qua me ad penitentiam cum gaudio suscepisti
sicut filium prodigum et renovasti . Remisisti michi debita
commissa . et de bonis omissis dedisti michi displicentiam
peccatorum . abstulisti occasiones recidivandi . dedisti gratiam
promerendi . et spem progrediendi . Iteratione gratie . quia
recidivantem . michi suscepisti . et iterum multitudinem remi-
sisti . nec posuisti gratie tue terminum . Karissimo dono
spiritus sancti . quo me in sacramentis mundo et indigno
communicasti . ut me purgaret . illuminaret et caritate infla-
maret . Liberatione a seculo . ut per introitum religionis
fugerem occasiones peccatorum . cum socii mei mortui sint forte
in peccatis suis . qui hanc gratiam non perceperunt . Heu quot

sunt dampnati in inferno. quam in mora et paucitate peccata
commiserunt quam ego. et qui non surrexerunt. Et quam multi homines
me adhuc in seculo sunt involuti. diversis occasionibus
peccatorum. honoribus vanis voluptatibus. divitiis siremus
Quando tu me invenisti. quam dedisti in pennas sicut columbe
ut volarem de seculo ubi sordes et iniquitates. quam quibus
tibi gratias spaciales ago. Misericordia spaciali. Et custodisti
me a multis peccatis. que circa me fuerunt attemptata.
adulteria. homicidia. et alia que non evasissem. nisi tu me
retraxisses. Et quam de tristicia sepe absorptus. de tua
misericordia non desperavi. sepe consolatus es me. diversis
vocationibus suppositis. Noticia tua. et noticia scripturarum
Et aperuisti in intellectum carnis. Quot rustici. quot
ignari. que non intelligunt quid agunt. qui si intelligerent for-
te multa plura bona facerent quam ego ingratus tot doctrinibus
et scripturis satiatus facio. Occursione tua. Quotiens
cum me verti michi occurristi In creaturis In scripturis.
blandimentis. terroribus. beneficiis. ne effugere te potui.
Promptitudine voluntatis qua dedisti in gaudia faciendi
gravia tolerandi regularia sustinendi contraria. Quiete
conscientie. Tot enim fui involutus peccatorum angulis et scrupulis
quod nisi me iuvisses. numquam fuissem quietatus Remotione
periculorum. In quot enim fui pestilentiis. cum indispositus fu-
erim ad moriendum. propter magna gravia peccata mea. et
socii mei mortui fuerunt et tu me conservasti Insuper fui
vel potui esse in periculis tonitruorum fulgurum. fluminum. congre-
gationum bestiarum. et diversorum casuum. in quibus si mortuus
fuissem. timeo quod indispositus et extra caritatem decessissem
Servitio supercelestium. inferiorum et omnium. Quia cum in ser-

iuuat. angeli custodiendo celum per motum suum. sol luna
et sydera per luminis illustracionem. Aer refouet spirando
Aqua sociat sitiente. terra nutrit esuriente. Animalia bru
ta aliqua deseruiunt ut equi. aliqua terrendo ad ~~timorem~~
laborem ut formice. Aliqua terrendo nos timorem ut leones
ursi. Et breuiter si te dilexero. omnia cooperabuntur in bonum
Totaliter tamen diffusione. ut omnia alia que dinumerare non possum
comprehenda. te totum mihi dedisti. Dedisti mihi dona nature.
gratie et superhabundantie. Te nascens in socium. conuescens
in edulium. moriens in precium. et regnans in premium uite dare
Dedisti te firum omni. sponsum perennem amatorem. doctorem
iuuatorem et custodem. Ultima expectatione finaliter sed
te non diligo non vis me perpetuo delinquere. sed vis esse
finis meus. complementum omnium desideriorum meorum. vis
me totum regnare. totum gaudere et inseparabiliter perpetuo tecum
manere. Xpo. hoc est de tempore. tu es donum hoc. O donum
super omne donum. te nobis in perpetuum dona. et sufficit
nobis. quia tu es lux vera. bonitas. uita. et gaudium im
di- pietatis immensa. qui nos a morte saluasti. roseo san
guine tuo. et per illuminativam iam duxisti. De via instructiua bu ca

Nam sicut premittitur. purgato et illuminato utile est
habere parua instructiua pro ipsius emendacione ut
sciat effugere occasiones peccatorum. De hac via vi
beatus Benedictus capitulum suum quartum in regula sua. videlicet
de instrumentis bonorum operum. cuius capituli plura notabilia
habentur in tabula que sequitur secundum ordinem alphabeti
Abnegare semetipsum etc. et sequi xpm. Bonum in se visum
deo ascribere et non sibi etc. Corpus castigare. Deum
per omnibus diligere. et proximum sicut seipsum. Elatione

fuge. Facere te de secularibus actibus alienum. Gulosum
non esse. Honorare omnes homines. In omni loco et tempore deum
respice. Karitatem continuam habe. Lectiones sanctas libenter
audire. Maledicentes benedicere. Non iurare ne forte periuret. Orationi frequenter incumbe. Preceptis superiorum
obedire. Que digit prelatus facere. Risum multum non amare.
Spem suam deo committere. Timere diem iudicii. Vitam
eternam omni concupiscentia spirituali desiderare. Xpo omnino nichil
preponere. Zelum et invidiam non habere. Et fratribus ad hec
permittit sanctus benedictus summum quod oculus non vidit etc.
Et in aure quievit ubi hec possunt custodiri. Et videtur quod
difficulter in seculo ideo dicit in regula Officinam etc.

Ut vult Johannes Gerson De via imitativa. Capitulum v.
cancellarius parisiensis. Ad inflammationem divini amoris
valet inspectio precedentium sanctorum quos nobis proponuntur
ad imitationem in actibus virtuosis ut in obedientia humilitate patientia. quorum intercessione et imitatione potest homo
proficere et hec vocatur via imitativa. Unde pro exemplo ponitur
hoc alphabetum. et per talem modum posset sibi homo ex legendis sanctorum modum vivendi sibi colligere iuxta illud 1 cor.
2. hic te doceat humilitatem. hic patientiam etc. Quilibet
enim sanctus est nobis exemplum alicuius virtutis. Ambrosius
est nobis exemplum magne confidentie et spei de bonitate
dei. Unde ait Non timeo mori quia habemus bonum dominum.
Bernardus est nobis exemplum eximie humilitatis
qui ut fimum reputavit homines et alte contemplationis quia
elevatus in deum. tota die penes lacum equitavit. et de sero
ubi nos lacus esset ignoravit. Clemens affabilitatis
qui omnibus ita affabilis fuit. ut etiam iudei et gentiles

de via imitativa c 4

cū diligent' Dominicus magne caritatis. q̄ orauit
vt se totū expendere posset saluti proximorū. q̄ et
disciplinas tres qualibet nocte accepit. pro se. et pro
remissione purgandorū Egidius voluntarie professionis
vulnerū. Sagittatus enim fuit. et petiuit dominum ut vulnus
sui. iterum q̄d viueret nō sanaret. Franciscus mental'
crucifixionis. Tantū enim stetit in meditacione passionis
q̄ vulneratus quasi vulneribus domini. per terminū ante mortem
suam xp̄o domino suo crucifixus apparuit Germanus
magne abstinencie. Ne enim cibus delectaret eū. cineres
in ferculis posuit Henricus mire castitatis. Cum in
esset filius Regis vngarie. et genus regnū matrimonio
augere potuisset. tamen pre elegit virginitatem. et q̄ dum vixit
virgo permansit. Iob magne paciencie. Omnibus in bonis
priuatus. benedixit dominum. et totus vulneratus dixit Si bona
suscepimus de manu domini etc. Karolus. specialis iusticie
Cum imperator esset. tamen mundū contempsit. et sine personarum
accepcione leges condidit. q̄d sanctitatem meruit Laurencius
vehementissime tolerancie in passione. Martinus in secu
taris multe confidencia Requisitus a latrone an timuisset
qui eū cum securi interficere voluit Respondit. q̄ nunquam tam securus
fuit. quia scio q̄ dominus in periculo proximus est Nycolaus
mire largitatis ac mansuetudinis Oswaldus magne
largitatis. qui scutellas argenteas sibi appositas in parti
culas comminuit et pauperibus erogauit Paulus magne
laboriositatis. Plus enim omnibus predicauit. magnū zelū
habuit animarum. cum de regno in regnū curreret et nō cessauit
Quiricus puer trium annorū prebet exemplū.
qui a prefecto renuit consolari precipitatus fuit Remigius

magne maturitatis fuit quod senebaldum episcopum per petro septem anos inclusit et incarceravit. Stephanus exemplum diligendi inimicos dedit. qui pro inimicis exoravit. Thomas. obedientie. et longanque peregrinationis. qui domino obedire volens ad indiam perrexit. Vincentius exemplum perseverantie exhibuit. qui diversis tormentis non cessit. sed in fine perseveravit. Xpus ihs sanctus sanctorum. speculum omnium virtutum. caritatis humilitatis fidei spei. Est tamen sciendum quod quilibet sanctorum est exemplar plurium virtutum. sed hic solum pro exemplo posita sunt. Item sciendum quod aliqua fecerunt sancti. ex speciali privilegio. ut miracula et alia ultra humanam conditionem se extendentia. que miranda sunt potius quam imitanda. De via exemplativa. b gregori. ca vij.

Quamvis ex precedentibus hec via aliqualiter pateat per commemorationem sanctorum. tamen amplificanda est pro edificatione multorum. per commemorationem virtutum secundum ordinem alphabeti. et per commemorationem exemplorum. ubi non ponam integra exempla. propter brevitatem. sed tantum sensum. ut inde eliti poterit intento fratri. Pro quo sciendum quod gregorius in principio dyalogi vult. quod multos ad desiderium celestis patrie. plus accendunt exempla quam alta predicamenta. Abstinentia tenetur cum quibus. cum debitis circumstantiis. victum cibo et potu. medio modo. non se aggravando ut sit tepidus ad orandum laborandum etc. et non se exhauriendo ad diminutionem ut sit inutilis. Remedium eius est ferventer se dare ad cibum spirituale. sicut ad sacram scripturam. Exemplum. Convenerunt duo fratres. qui orantes et legentes per duos dies et noctes obliti sunt cibum. scilicet pulmentum quod comedere consueverant. Benivolentia. i. pacientia. cum quibus in arduis et adversis

sustinendis dicit. Merito hec patior quia xpus qui
innocens fuit. quanta pro me passus est. Audiat xpm
dicentem sibi. Si me pensatis. nichil est quod vos tolleratis
Exemplum de discipulo phy. qui male tractatus visit
dicens iniurias hic gratis recipio. pro quibus tibi animus
munera dedi. Castitas tenetur. si abstinentia servatur.
et cor a cogitationibus. et sensus ab illicitis reservetur
et corpus castigatur. Exemplum. Beatus benedictus temptatus
libidine. corpus suum vepribus laceravit. Beatus bernardus
aquis frigidis refrenavit. Discretio tenetur. cum quis
tenet medium in omnibus. ne sit nimis fervidus aut nimis
tepidus. Exemplum. Interrogatus discipulus beati anthonii
conclusit. discretionem esse matrem virtutum. Et ideo vult beatus
benedictus. Valet autem ad hanc diversitatem opera sua. ut
Sit lege. nunc ora. nunc cum fervore labora
ii⁹ Sic erit hora brevis. et labor ille levis. sed in deo
Elevatio mentis in deum. hoc est contemplatio. tenetur. cum
quis excludit ex corde suo vanitates. et amorose inheret
creatori suo. Exemplum de beato benedicto. qui sub uno solis
radio vidit totum mundum. Fides tenetur cum quis ad
heret fidei matris ecclesie. Remedium fidei est. querere quod non
intelligit et credere. Exemplum. Discipulus qui temptabatur
exm perfidie et spiritu blasphemie. postquam temptationem suam
manifestavit. liberatus est et quietatus. Gratitudo
tenetur cum quis cum gratiarum actione omnia bona sua ascribit deo
Exemplum. Propter ingratitudinem suam Saul depositus fuit
Et ezechias infirmitati datus. Humilitas tenetur. cum
quis cognoscit se omnibus viliorem. et quod sit cinis et pulvis
exm Exemplum Cum quidam cuidam patri ait. puto te stultum reputat.

Rudit. hoc ego volui Iusticia virtutumque tribuit quod
suum est. deo laudem. superiori obedientiam. proximo concor-
diam. Exemplum de eo qui filium sororis sue suspendi fecit exemplum
quia voluit esse acceptor personarum Karitas ad deum est
deo penitus filiali dilectione adherere. et congratulari deo
in perfectione sua. non querendo commodum proprium. Exemplum exemplum
de eo quem dyabolus volens retrahere a bono. dixit
dampnandum. et ille plus proinde serviunt deo. dicendo proximi
Ego non servio ei propter regnum celorum. sed quia summe bonus
est. Karitas ad proximum est. quemlibet proximum reputare
sicut se ipsum. Ita et serviendo. et iuvando sicut sibi ro-
nabiliter vellet fieri. Exemplum de Sanctulo. qui se pro dya- exemplum
cono morti obtulit Liberalitas et largitas est. bona
sua misericorditer conferre. Et si non habet temporalia. con-
ferat spiritualia. ut orando pro omnibus. pro pauperibus. pro
infirmis Exemplum de paulino episcopo. qui sua bona distribuit exemplum
ad ultimum se ipsum in captivitate pro filio cuiusdam vi-
due dedit ut in dyalogo Maturitas est. se ipsum re-
stringere a levitate morum. Exemplum. Bernardus. Christum quater
fleuisse legimus. risisse numquam. Item quidam ait. In
tremendo iudicio stabimus? et tu rides? Negotiatio
est utiliter tempus expendere et ocium fugere. Unde Ieronimus. Semper
aliquid operis facito. ut te dyabolus inveniat occupatum
Exemplum in vitis patrum. qui laborare noluit. non fuit invi- exemplum
tatus ad mensam Obediencia est. obtemperare indifferenter
preceptis superiorum. sive sint gravia sive sint levia.
Exemplum de eo qui ait. Ego et asinus unum sumus. quod exemplum
ei imponitur hoc portat et sine mora Perseverantia
est. ab incepto bono usque in finem non cessare. Valet

p[ro]seuera[n]t[ia]

ad [con]seruanda[m] patiam appone moditu[m] et modicu[m] laboru[m]. Sicut eni[m] ignis p[er] appositione[m] lignoru[m] [con]ualescit, sic p[er]seu[er]antia p[er] appositione[m] laboru[m]. Ex[emplu]m de eo q[ui] quadraginta a[n]nis rigide vixit et tande[m] cecidit. Quietudo e[st] distractiones et sollicitudines sil[enti]o effugere. Exe[m]plo Joh[ann]is baptiste q[ui] fugit in desertu[m]. Et angel[us] Arsenio dixit Fuge tace quiesce. Religio p[ri]ncipalit[er] [con]sistit in tribus. Obedientia castitate et paup[er]tate. Exemplu[m]. Beat[us] Gregori[us] fecit p[ro]prietariu[m] sepeliri i[n] sterquilinio. Et beat[us] Aug[ustinus] delet eos de tabula clericoru[m] ut p[atet] in sermone de co[mmun]i vita. Spes e[st] expectatio future b[ea]titudi[ni]s ex meritis et gr[ati]a p[ro]ueniens. Vn[de] sine meritis velle habe[re] b[ea]titudine[m] e[st] pot[ius] p[re]sumptionis q[uam] spei. Exe[m]plu[m]. S[anctu]s b[er]nard[us] tentus in visione ad iudiciu[m] despera[re] noluit. Dyab[o]lo passione[m] xpi obiciendo. Remediu[m] e[st] vide[re] xpm crucifixu[m] cu[m] i[n]clinato capite et extensis brachijs ad misere[n]du[m] et ad suscipie[n]du[m]. Ex[emplu]m de prodigo filio in eua[n]g[eli]o. Taciturnitas tenet[ur] i[n] silentiu[m] cu[m] quis ab ociosis et interdu[m] etia[m] a licitis lingua[m] sua[m] refrenat. Ex[emplu]m Agathon p[er] tres a[n]nos lapide[m] in ore suo portauit ut silentiu[m] disceret. Veritas e[st] idem in ore et ope[re] exhibe[re] q[uo]d habet[ur] in corde et p[er] votu[m] simplicitatis. Xpianitas vide sup[ra] fides. Zelus a[n]i[m]ar[um] sup[ra] caritas p[ro]ximi. Et multe virtutes alie p[os]sunt sub illis [com]p[re]hendi De via a[m]matia. Capit[ulum] [...]

Reformat[us] ia[m] in se p[er] v[ir]tutu[m] exempla a[n]i[m]us potius se ia[m] mundius et purius eleua[re] ad cognoscend[um] creatore[m] suu[m]. P[ri]mo p[er] a[m]matoe[m] q[ue] n[on] debet e[ss]e incredulitatis vel dubitationis [...] credulitatis. Vn[de] quis

a[m]matio[n]e dubitat[i]o[n]is / credulitatis

attēdendo ea q̄ apphendē nō pt · ꝯpiciat se ꝓfunda
reuerentiā · stupendo tm̄ magnū et excelsū suū creatorē
Vn̄ admiratiue meditando querit a se · vnde habeat ortū
tanta magnitudo vniūsi · s. celū t̄ra · sol et luā ⁊ cetā
Es ne tu deus meus Et uidebunt oēs · R̄o · Sed ipē
fecit nos et nō ipi nos · Quo audito dicat · Quis
ē deus meus? Est ne potens? Et audit scripturā
potestas eius a mari usq ad mare · et ita ipē ē q celoꝝ
ꝯtinet thronū · et abyssos intuet̄ · montes ponderat · et
terrā palmo ꝯcludit Querat ꝯm̄ · Est ne pulcher
Et audit scripturā dicentē sibi · Pulchritudinē eius sol
et luna mirant̄ · Ipē enī ē in quē desiderant angeli
ꝓspicē Et iterū Speciosꝯ forma · Querat ꝯm̄ · Est
ne sapiens? Et audit In eo sūt oēs thesauri sapiē
et sciē recōditi · Est ne diues? Audit Dn̄i ē t̄ra et
plenitudo eius · Est ne benignus Audit Suauis dn̄s
vniūsis · et miseratiōes eius sup oīa opa eius ¶ Ad
mirando ergo magnitudinē eius potentie · ꝓfunditatē sapiē ·
benignitatē clemētie · clamat O altitudo diuitiarū
sapiē et sciē dei ıt̄ Mihi aūt adherē bonū ē et ponē in
eo spem meā ¶ Pro quo sciendū · in hac materia dr̄ ee
admiratio venerātis · Et quia nō poterit capere ro · ca
piat fides ꝑ exemplo vide infra · Hic singul' dccōibꝫ
sequētis alphabeti ꝓponat̄ Mirac' Amorosissima
in trinitate ꝯꝑalitatē de qua profundissiē mirē ceterā
dicit Bonitas · Nā bonū ē sui diffusiuū · et sume
bonū ē sui sume diffusiuū · q diffusio nō eēt suma
nisi eēt ꝯꝑalis et eterna · Quia igit pr ē sume bonꝯ ·
sume se ꝯicat · generando filiū · spirando sumā ꝯꝑalitatē sua

et coeternitate ac coequalitate. quam si non cogitaret.
non sume se diffinisset. quia adhuc apostolus potuisset
cum parte corpore capiat. quod non potest corpore credat. Mirare
Benedictam coeternitatem in trinitate. De qua beatus Augustinus
adducit aliqualem similitudinem de igne. Verum quod certo est
ignis. tamen certo de eo procedit fulgur et calor. Propter
quod si aliquis ignis fuit ab eterno. tunc simul ab eterno
fuit fulgur et calor et tamen fulgur et calor procedunt
ab igne et non ignis ab illis. Mirare Compatissimam
et occultissimam et incomprehensibilem incircumscriptibilitatem et
immensitatem deitatis. De hoc gregorius in quarto dyalogorum
Vide .i. contemplare vel mirare creantem. et regentem. implentem
et circumplectentem. transcendentem et sustentantem. incircumscriptum
ad invisibilem deum. Mirare Dignissimam illam existentiam
aut essentiam deitatis qua sola fuit antequam crearet omnia
sibiipsi ab eterno sufficiens. nullius indigens. de quo quidam
meditator dicit Meditare cum deus fuit solus. ubi
tunc vanagloria hominum. et demonum dolus. Sic vero
omnia distans perpende. Mirare Excellentissimam et omnipo
tentiam de qua dicitur Omnia quecumque voluit dominus fecit Mirare
unde tanta multitudo creaturarum esset nisi ille potentissimus
eas condidisset. Mirare Famosissimam eius sapientiam
que totum universum ex nichilo creavit. ubi recepit tantam
molem motum. tantam multitudinem lapidum. ubi vidit prius
exemplar celi et terre. Et quomodo artifex faciet illa que
numquam precesserunt in exemplari. Mirare quod tanta sapientia
omnia gubernat. attingens a fine usque ad finem fortiter et dis
ponens omnia suaviter. Mirare Gratiosissimam illam bonitatem
qua tot et tantas creaturas creare voluit. esse. vivere.

et intellige. quod perfectissime sunt. nullius indigentes. Un
cum tantus decor creaturarum et utilitas earum quia diligen
tibus deum omnia cooperantur in bonum. ii a bello fonte summo
bono Mirare Humana sublimacione. quia hominem de pulvere
factum in paradisum constituit. et omnia ei subdidit. volucres
celi et pisces maris. et omnia que sunt proficiunt ei ad serviunt
quod etiam ammiratur david dicendo Quid est homo quod memor
es eius. Mirare Infectione totius humane creature.
quod per peccatum ade in totum genus humanum per peccatum originale
diffusum est. Sed ammiratio tollitur. quia in sola pasta infecta
omnes panes ex eadem pane decocti infecti sunt. Mirare
Karissima illa tolleratione. qua primos parentes ma
ledicentes. deus non annihilavit. et alios loco ipsorum
creavit. quod facillimum ei fuisset. sed tollerando ves
tivit pelliceis. et ad locum penitentie in hac terra dimisit
Mirare Lectissimum consilium trinitatis. super incarnacione
filii dei. de quo david dicit Misericordia et veritas obviaverunt
sibi etc. Beatus Augustinus in meditacionibus suis dicit quod non potuit
saciari dulcedine animorum ammirando consilium incarnacionis
quod tanta maiestas. tantam habuit caritatem ad hominem.
Mirare Miranda unione deitatis et humanitatis. quod al
tissimum cum ymo. eternum cum temporali. hoc est cum homine sexto die
formato. perfectissimum cum defectuoso unire voluit
Mirare Nobilissima deitatis tanta humilitate. quod de
fectus nostros in se suscepit. scilicet famem sitim. calorem frigus
timorem dolorem. paupertatem et infirmitatem transitoria et de
aliis. Et demum quod plus est mirandum morte turpissima
Quod admiratur ecclesia in primo cantu Que te vicit cle
mencia etc. Et de sacramento eukaristie canit ecclesia.

O res mirabilis . manducat dominum pauper servus et
humilis . In quo principaliter tria sunt miranda . Primo quod
tanta maiestas sub tam specie modica contineatur . 2o quod idem
corpus sit in diversis locis . 3o quod fracta hostia integer
christus sub qualibet particula presenciat . Mirare Ordinem
universorum . quod tam cito et faciliter facta sunt . et ita ordina-
ta secundum situationem ordinationis superioritatis et inferioritatis
nobilitatis aeris fecunditatis terre . De origine mundi
quando cepit creatione et currit per tempora . nature . legis .
et gratie . et consummabitur iudicio . Mirare Pulchritudinem
universi secundum varietatem luminum figurarum et colorum . Mirare
Quanta siderum multitudine decoratum est celum . quanta
varietate avium aer . quanta piscium diversitate . aque
quanta metallorum scilicet auri et argenti et gemmarum
diversitate montes . quanta varietate plantarum . arborum et
herbarum silve et valles . quanta diversitate animalium
secundum diversitatem generalem . specialem . et individualem deco-
rata est terra . Mirare Quietem quam omnia appetunt . Quomodo
omnia ad locum suum tendunt . leve sursum grave deorsum Aves
turbate fugiunt sursum . pisces fugiunt in profundum aquarum
bestie ad silvas . reptilia serpentes ac mures ad
cavernas terre . Mira res est quomodo diversa loca pro
sui conservatione ex naturali instinctu petunt . et quomodo quo-
libet species sibi adheret . Grues simul volant . lupi simul
currunt . et eciam sciunt tempora sua pariendi et gestandi .
et loca caloris et frigoris . sicut yrundines que fugiunt tempus
frigoris petendo regiones calidas . Mirabilis deus in
creaturis suis . Unde formica . vix videri potest . et habet
tot oculos et pedes . et caput et corpus sicut equus

sentit et laborat. Quinto Resolutione animalium in
terram de qua facta sunt. Iam homo in loquitur. sentit et
intelligit. mandat regnat et terret alios. subito re-
solvitur in terra et pulvere ubi non est vox neque sensus
Et iterum de terra resurget homo vivus. sentiens et intel-
ligens etc. Quinimmo nobis? pro quid mirum illi. qui omnia
quecumque voluit fecit. quod admiratur psalmista dicens. Quam
magnificata sunt opera tua domine etc. Quinto Seminalem
virtutem. cuius tanta et tam mirabilis est multitudo et habun-
dantia formarum. secundum rationes seminales in rebus. Terra
enim tot herbas. tam diversas et utiles et medicinales
de se producit. Mirantur unde habet illa potentia. Item
videmus minutissimum granum seminis de quo producitur
magna arbor. Ubi habuit granum tot ramos. tot
folia tot fructus? Certe mirabilis deus in creaturis suis
Quarto Continuatione libratione numerorum. quod omne
quod est. illud est forma quod accidit. Iuxta illud Dicunt aristo- 2a
tiles. tunc dabat tacuma mundi. In duo divisit quidquid
in orbe fuit. Item omnia constituta sunt sub numero pondere et
mensura. ut dicit salomon. Numerus res distinguit. pondus
situantur. mensura limitatur. Et tunc multiplicat res dis-
tinguntur. Prima divisio rerum. Quedam habent esse ut lapides.
Quedam esse et vivere. ut bruta. quedam habent esse vivere
et intelligere ut angeli et homines. Secunda divisio. Quedam
sunt mutabilia et corruptibilia. ut terrestria. quedam
sunt immutabilia et incorruptibilia ut sunt supercelestia
Quedam corporalia. quedam spiritualia. quedam simul etc. Ex
hiis collige creatorem illorum. potentissimum sapientissimum
et optimum. trinum et unum. Et qui huius consideratis.

nō excitat᷑ ad cognoscendū suū creatorē. tenus est
surdus mutus et stultus. Cognouit enī bos pos
sessorē suū et asinus presepe dnī sui. Ille aūt nō vult
quīta sunt utilia — intelligere creatorē suū. Quīto Utilitatē durabilitatē
et firmitatē rerū. Nichil enī in rerū natā frustra
Quia deus et natā nichil faciunt frustra. Vn̄ sol et
luna designāt nobis tpa inde scimus qn̄ dies ē et
qn̄ ē nox. Et de durabilitate solis videmus iā q plus
q̄ per sex milia annorū volutus ē et motus et nō de
ficit ut vult Augꝰ. Si fuisset tota artificis tunc
millesies fractus fuisset. et quomō continue lucet
et nō indiget sepo. Si fuisset lucerna artificis tunc
dudū extincta fuisset. Et si obiecis de utilitate
dyabolus — an dyabolus sit utilis. Rndetur q sic sicut tortor
et lictor ē utilis in ciuitate ppt malefactores.
Et in toto uniuerso ille tortor ē malefactor. Item lege
quantū utilis fuit Job cū coronā patiē augmentauit
Sic enī clementissimus deus. malo bn̄ utitur. Sed
dapnati — dices. pro quo sint dapnati utiles in inferno. Rn̄
ad ostendendā diuinā iusticiā. et ad augmentandā
gloriā scōrū. Qn̄ enī videbūt tot tormenta dapnatorū
glorificabunt eū continue. q̄ eos eripuit a tot tormentis
lupi etc — Item obicit de lupis et serpentibus et de aliis. Rn̄
Si hō nō peccasset. oēs creature inferiores subditi
ei fuissent. et sic lupi et serpentes obediuissent ei ad
nutū. Sed quia fregerit fidē. fides frangenti eidē
q hō nō obediuit altissimo. absolute sunt bestie ab
eius obediencia. valent tn̄ adhuc hoī. ad credendū eū
ne in pctō permaneat. ne forte ledatur a serpente in pctō

moiat? Et ad remcorāda tñsgressione ppt' q̄. ei
illa rebellat. Et nōne de venenosis aīalibz. tīriaca
medicinalis cōficit? Iste dicit. ad quid valet pu/
lices q̄ nos īquietāt. Rn̄. Valet ad humiliadū hoīez
Cū enī hō tumet sup̄bia. īq̄etatus a pulice humiliat
se dicēdo Quid te exaltas pulius et timis. q̄ pu
lici nō vales resistē. Pro īdubitato g° tene. ex
paucis multa. q̄ oīa sūt v'ba. et derogaret eius
honōi. ipm̄ aliqd īutile creasse. Sed si tu nō itel/
ligis. Dicit s' Aug9. Sīle ē sicut si vadis ad offi/
cinā artificis. forte fabri ā alteⁱ⁹. Vides ibi multa
īstrumēta. malleos clauos z cetera. Dicis ad qd tāta
multitudo īstrumētorz? Nouit artifex. q̄ nichil
ibi retinet īutile. Sic artifex oīm deus gloiosꝰ
nouit in gubn̄atōe sua quid habeat in toto vniūso
ad quid condidit. ad quid valet. huic te subice et
āmirādo magnifica. lauda gloifica sup̄exalta et
benedic deū in op̄ibus. dicēdo cāticū. Bndicite oīa o. dnī.
Ite laudate dnm̄ de celis. et Glosa. i. date actionē
laudis et āmiratōis oīa varietate z mirabili v'tute
Xp̄s iudice tuo in fine sc̄li mīrāe. q̄ iudicatus ve/
niet iudicatur9. Et vnde ei tanta sapīa. q̄ cuilibet sm̄
m sciet plene. q̄ncq̄ cogitauit. fecit et dixit. ac si
sibi soli itentus fuisset. ac si solū ad ipm̄ respectū ha/
buisset. Et q̄ imutabilis erit iusticia. vbi nichil boni
manebit irremūeratū. et nichil mali īpunitū.
Certe incōp̄hensibilia sūt iudicia eius z inuestigabiles
vie eius. Et q̄nus mirāda sūt eius iudicia. tn̄ hoc
firmit' ē tenedū. q̄ oīa iustissime fecit et faciet.

quia summe bonus et nulli facit iniuria. Et quia dampnatis non dabit regnum. non facit eis iniuria quia nichil iuris habet in regno. Modo regula est. Qui nichil habet iuris non potest causari de iniuria. sicut nec ego possem causari quia me non fecit angelum. quia nec meriu de iure esse vermis. Nec poterit quis se excusare per ignorantia. Quilibet enim lumen naturale scriptum in corde suo. et cuilibet inspiravit dominus aliquod bonum sive fuerit paganus sive iudeus. Et quia negligentior fuit pro salute sua. quam pro bonis corporis. pro quibus circuisset ad diversas partes mundi. si se neglexit imputet sibi Nec causari potest de perpetuitate penarum. Quia enim toto eternum peccavit. et perpetuum contempsit et blasphemavit deum. perpetua pena punietur. Quia si perpetuo blasphemaret. et solum temporaliter puniretur. maneret aliquid impunitum Etiam quia qui committit crimen lese maiestatis. contra temporalem principem. dampnatur perpetuo exilio. Et si perpetue hic viveret. perpetue staret sententia. Una ergo gutta divine offense. est maior omni offensa contra temporalem principem. quia iste momentaneus. iste vero princeps eternus. Bene ergo finaliter et iuste omnia fecit et faciet. quod si non faceret deus non esset. Qui potest capere capiat. Qui non potest credat et admirando veneretur. De via peregrinatia b. Iero. ca. viii

Elevata mente per admirationem in opifice omnium. incidit illud memorie mee. in persona redemptoris nostri dictum. Recordare paupertatis mee. Quia ergo redemptor. propter nos homines. et propter nostram salutem descendit de celis. et incarnatus est. Dignum est peregrinationis eius. attenta mente in hac vita et cum fortitudine meditari

d via peregrinatia b Iero

Omnia eius pro nostro exemplo. et pro nobis salutari hec
egit. De hoc dicit bernardus in persona xpi Cum vitam meam
poteris cognoscere viam tuam. ut sicut ego paupertatis
caritatis. humilitatis. paciencie. obediencie. nunc indeclinabi-
les semitas tenui. sic et tu in eisdem vestigiis incedas
Item hugo Conare quantum poteris xpum sequi in vita sua
qui humilis fuit inter homines. qui moderatus in comedendo et
bibendo. misericors inter pauperes. nullum horruit leprosum
nec divitibus adulabatur. paciens ad contumelias. verecundus
in visu. mitis in responsis. sollicitus de animarum salute
in medio discipulorum ministrator. Et breviter stans
sedens et incedens eius vitam habere debes pre oculis.
et sic familiaritatis eius graciam consequeris. Et erit tibi
semper in memoria. et ducetur in consuetudinem. semper ad
ipsius memoriam recurrere. Et hec via patet assit tibi Jeronimo
qui hystoriographus fuit sicut dicitur. Altissimus est ab
angelo nunciatus. Beatissimus. de virgine natus. Ce-
tu angelorum in excelsis manifestatus. Dominus et pastor
omnium. est a pastoribus visitatus. Eternus rex est a dominis
temporalibus regibus veneratus. Facta circumcisione in templo
presentatus. Gracilis puer ad egiptum baiulatus. Humilis
et obediens. de templo revocatus. In iordane a iohanne
baptizatus. Karissimus. est ab ipso dyabolo temptatus
Lumina mundi post hec in apostolos vocavit. Merum de
aqua primo coram eis formavit. Notitiam suam. aliis
multis miraculis declaravit. Omnia fovens fame et
siti lassatur. Palmarum ramulis rex honoratur. Qui
postea reprobis refutatur. Ritu legis cenat. lavat
pedes contristatur Sudat. capitur. trahitur. sputis deformatur

Torquetur. flagellatur coronatur. velatur. alapatur
Victima baiulat crucem. cum iniquis deputatur Spes
crucifigitur. moritur. sepelitur. resurgit. et ad astra levatur
Zelo caritatis spiritu inflammatus. apostolos in universum mun/
dum mittit et adhuc iudex expectatur. De via separativa

Que multum bona est pro contemplatione que dicitur separativa
separando enim filium christi humanitatem ad maiestatem
sue divinitatis. magnus affectus devotionis excitatur
Aut enim comprehenditur. quantum illa tremenda maiestas. propter
nos se humiliavit. Et ascribitur beato Ambrosio. quod hunc
processum habet in primis suis ut patet in illo Rex christe factor
omnium. in passione. Altissimus in abiecto loco nascitur
Baiulator et sustentator omnium in presepio sustentatur
Consolator omnium angelorum. in medio reperitur iumentorum
Ditissimus. conditor omnium honoratur muneribus magorum Esuriens
nutritor omnium. cibo pascitur mortalium Fons et origo
omnium sitit potum angelorum Gubernator siderum se subiecit
imperio terrenorum Hospitator sanctorum omnium. fugit in egyptum
exilium. Informator sapientie. audit doctrinam stultorum.
Karitatis speculum. traditur ut ovis in manus luporum
Liberator. vinculis ut fur a latro ligatur Maies/
tas quam tremunt angeli. ut vilis conculcatur Notissimus
in celi curia. hic non noscitur sed negatur Optatus a
patribus a filiis hic seductor proclamatur Preclarissimus
in quem prospiciunt angeli sputis maculatur Quietissimus
qui est sanctorum requies. cruce portando fatigatur Rec/
tissimus iudex omnium. sententia mortis dampnatur Speciosus
forma pre filiis hominum. a planta pedis usque ad verticem
vulneratur Terribilis in consiliis curia apprehenditur Vita

et origo omni pie nimiis doloribus morte anxiatur
Xps resuscitator mortuorum ad sepulchrum portatur. X
In via pugnativa. et compativa. fratre e mente de pas
sione xpi. Sed dignum est / De via compassiva b. francisti ca. x.
ut adhuc de hac sanctissima passione speciat post
via In qua homo stet suspensus per meditatione. attendens
xpm. quasi ante se pendente in cruce. et ei compatiatur.
sit crucifixus ei. et quasi vulnera ista non iam xpo. sed
quod sibi actualiter infligatur. In hac meditatione fratrem
astutus stans. vulnera xpi quibus stigmata. realiter in
corpore suo divino meruit per meditationem impressit ut
dicit bonaventura. Unum pro puncti occurrit. triplex modus
meditandi passionem xpi. Primus per horas canonicas
Secundus modus est. contemplando corpus xpi. incipiendo a
summitate usque deorsum. sic meditando quoniam caput
coronatur. Require supra in meditatione passionis xpi. capitulo
de diversitate modorum cogitandi passionem xpi. Tertius
modus contemplandi passionem xpi. est ut ipse stet. quasi ipse
sit per se suspensus in cruce. meditando ea que habentur in tabula
ubi supra. Sicut enim xps stetit in cruce cum ardentissimo
amore Benivola patiar ut supra. De via affectiva. bernardi ca. xi.
Que ascribitur beato bernardo. per quam quis amorose
adheret deo creatori suo. Via affectiva potest dici
unitiva. vocatur tamen affectiva. quia multum inflammat
affectum ad dei amorem et mentis elevationem. Et ascribitur
beato Bernardo. qui ita dulcis fuit in meditatione. Unde
in quodam sermone de cena domini. alloquitur dominum sub tali
forma verborum dicens. Tu es domine amor meus. honor
meus. spes mea refugium meum. vita mea gloria mea

et finis meus. Non aliud quero. non aliud volo. non aliud mihi dicatur. non aliud mihi proponatur. Et merito quia tu es mihi sufficientissimus. tu es pater meus. frater meus nutritor meus. rector meus. custos meus. qui es totus amabilis. totus desiderabilis. totus fidelis. Non est tam liberalis qui seipsum tribuat. Non est tam caritatiuus qui pro tam vili peccatore moriatur. Non est tam humilis. qui maiestatem suam tantum humiliauit. Qui nullum despicis. nullum horres nullum confidentem te deseris. sed preuenis eum et occurris querenti. Delicie tue esse cum filiis hominum. Quid in nobis inuenisti nisi sordes. et nobiscum vis esse usque in consummacionem seculi. Nonne satis fuit te pro nobis mori. Nonne satis fuit tot dedisse sacramenta. Angelos custodes. Et hiis ingratissimus. Sed et tu te vis esse nobiscum. Tam bonus es quia te negare non potes. Faciamus igitur cambium fili. Tu intende mihi et ego tibi. et sicut vis et scis. fac meum. quia tuus et nullius alterius esse volo. Da mihi ut ego tibi soli intendam. te solum diligam. tuo semper amore fruar nichil aliud cupiam in te. et me tibi totum offeram. et oblatum nec aliquatenus repetam. Si enim est aliqua caritas illa est in te. De hac via ponuntur hee tabule et semper proponitur O in meditandis

O
- Amor meus
- Beatitudo mea
- Conseruator meus
- Director meus
- Eruditor meus
- Finis meus
- Gaudium meum

O
- Honor meus
- Ignis me incendens
- Karitas me inflammans
- Lumen me illuminans
- Medicina mea
- Nutritor meus
- Occursor meus

O
- Pater meus
- Quies mea
- Refugium meum
- Spes mea
- Thezaurus meus
- Vita mea
- Xpe mi ame

Amabilis
Benignus
Compaciens
Desideabil'
Expectabil'
Fidus
Graciosus
Humilis
Iocundus
Kaitatiu[s]
Liberalis
Mansuetus
Nobilis
Obtēpabil'
Placabilis
Quietus
Recreatiu[s]
Sincerus
Tolerātiuus
Verax
Xp̄s ihs dn̄s meus

De via superlatiua. Sci Augustini. Ca. xii.

Augustinus profundās hʒ vias meditādi in p[er] creaturas. Dicit enī. Interrogaui celū et t[er]ra Es ne tu deus meus? Et ndeiūt m. Non sed ipē fecit nos. Habet et alios modos. Vn̄ in manuali suo. inter cetera sic dicit ad dn̄m. Si tota mūdū libri repleant. maiestatē tuā exp[ri]mē nō sufficiunt. Tu enī es. quo meli[us] excogitari nō p[o]t. qui oēm creaturā sine laboē gub[er]nas. Nichil ē qd' ~~ipedie~~ turbat ordinē imperij tui. Et hec via superlatiua q[uam]
m re ē affectiua assēbit[ur] et specialit[er]. q[ui]a illo mō vtit[ur]
m suis oronibus et meditatoibʒ. p[er] superlatiuos sermones alloquēdo dn̄m. O pr̄ dulcissime. amātissie. benignissie [et]c. Itē in libro de nōibus dn̄i dicit. q[uod] q[ui]cq[ui]d p[er]fectionis et boni ē in creaturis. h[oc] excellētissie ē in creatore. quia ab illo fluit. Vn̄ sicut venator videns vestigiū fere nō ē contentus eo. s[ed] q[ue]rit feram alias stultus ē venator. si solo vestigio ē ɔtētus. qd' eū nō possit saciaē. Sic prudēs ɔtēplator videns aliqd' bonū in creatura. debet cor suū eleuaē in creatorē. Verbi gra. Videat pulchritudinē syderū florū arborū [et]c. dicat int[ra] se. O illa tā delectabilia

d' via sup'latiua

sit. o quantum est delectabilis et desiderabilis creator
talium. et quidem est perfectionis in causato. hoc excellentius
est in causa. et est excellentissime in excellentissima et om
nipotentissima causa. Sit homo videns hominem virtuosum. caritativum
et pium et dicat nisi se. Si mundus iste est ita laudabilis
quanta laude dignus est fons et origo eius. et sic exal
tat dominum per excellentiam in superlativo dicens sibi hanc
tabulam. semper premittendo O. pro elevatione. et in fine
deus pater et domine. pro reverentia sit dicendo

O Amantissime	O Honoratissime	O Preclarissime
Benignissime	Innocentissime	Quietissime
Clementissime	Karissime	Rectissime
Dulcissime	Largissime	Sufficientissime
Excellentissime	Mitissime	Tutissime
Fidelissime	Nobilissime	Utilissime
Gloriosissime	Omnipotentissime	Xpianissime deus pater

De via orativa. ca. xvij

Postquam in meditationibus exardescit ignis deuo
tionis. tunc assurgit in allocutione dilecti
per viam orativam. Et capio hic orationem non solum pro
petitoria. sed generaliter pro laudatoria ymmo dicta contemplatiuis.
Unde homo non eodem modo semper afficitur circa dilectum suum
Sed nunc petit aliquid ab eo. nunc laudat in hymnis
et psalmis et canticis. nunc admiratur venerando.
nunc adorando. nunc benedicit et glorificat. nunc gratias
agit. confitetur exaltat et superexaltat. Debet autem
oratio esse non ex affectu protendatur brevis secundum verba
a.9 sed longa secundum affectum. Unde versus. Si cor non orat in va
num lingua laborat. De brevitate orationis dicitur supra

d' via orativa

b in regula

.b. in regula. Oratio debet esse brevis nisi ex affectu protendatur.
Et hoc in vitis patrum habetur. Nam quidam patrum do-
cuit discipulum orare hec verba. Domine creasti me
sicut scis et vis miserere mei. Et de thaisi que petiit
a patre orationem. Cui ille ait. Dic. Qui creasti me mi-
serere mei. Deinde et post tm̄ tlēs et csilēs breves orationes.
O piissime pater miserere paupercule creature tue. Ihesu
o summa bonitas recordare. quod pro me sanguinem tuum
effudisti. non sinas me perire. De modo attendendi.

Primus modus attendendi est attendere in psalmodia
ad sensum verborum. et in eliciendo sensum spiritualem.
Verbi gratia. per david intelligendo christum. per golyam
dyabolum. per ierusalem supercelestem civitatem. Secundus modus at-
tendendi est. statuendo se mentaliter ad certum locum ne
mens inde evagetur. et coaptet quantum valet singulum
psalmum ad id quod ibi gestum est. Verbi gratia. Primum psalmum
ad locum annunciationis. ubi videat angelum descendentem
ad cubiculum beate virginis marie et dicentem Ave gratia plena
etc. et cum eo multitudinem angelorum psallentium. cum quibus
et ipse psallat. Secundum psalmum in nativitate. quem psallant
pastores. et tres magi et angeli canentes. Gloria in ex-
celsis deo etc. Tertium transiens ad templum. ubi videat
symeonem puerum recipientem. Quartum. eundo in egyptum etc.
Generaliter de aliis christi peregrinationibus. Specialiter tamen constituat
mentem suam in locis passionis christi. Primum psalmum cantando
in monte oliveti. Alium in domo anne. Tertium apud pylatum
alium ante herodem. Quintum in flagellatione. Sextum in coronatione
Septimum in baiulatione crucis. alium in crucifixione et morte
nonum in lymbo patrum. alium in cenaculo ubi apparuit

dixit ihesus discipulis suis post resurrectionem. aliud in
ascensione etc. Sexta cum mente ad certum locum mundi
specialius attendit. quia quamvis iam sit in celo iam in re
fectorio iam in seculo iam in stolis etc. illa eum dis
trahunt. ¶ Tertius modus attendendi est. quod homo elevet
cor suum ad superna patria ubi audiat laudes sanctorum
et cum illis putet se reverenter stare. et deum laudare
omnem psalmum cum choris angelorum. aliud cum cetu prophetarum
aliud patriarcharum. aliud apostolorum etc. ¶ Item sciendum quod
non debet solum orare pro se. sed etiam pro ecclesia etc.
Et sic potest dicere omnem psalmum in persona ecclesie. aliud in
persona benefactorum. aliud in persona peccatorum. aliud in persona
pauperum. aliud in persona infirmorum. aliud in persona omnium
fidelium defunctorum etc. Et adhuc etiam potest mentem
suam stabilire in orando pro pauperibus. videndo christum
pauperem iacentem in presepio. orando pro exulantibus
sequendo dominum in egyptum. pro temptatis attendendo
desertum ubi christus temptatus fuit a dyabolo. pro cap
tivis in monte oliveti. pro infirmis videndo christum
anxiatum in cruce ¶ Consequenter est notandum quod bo
naventura dicit. quod orando debemus tria facere. primo invocare
gratiam spiritus sancti. et possemus dicere. Veni sancte spiritus etc.
2o implorando. et pro nobis interponendo christum crucifixum
in omnibus orationibus. et in omnibus orationibus imponimus per
dominum nostrum ihesum christum. idest meritis sue passionis et non
nostris. petimus. 3o pro intercessione possumus invocare
beatam virginem et omnes sanctos et sic dicere possumus. Sancta
maria et omnes sancti intercedite pro nobis ad dominum. ¶ Item
inter ceteros modos attendendi. quo ad sensum. videtur
ille aptior. ut quis oret in persona ecclesie. ubi comportat

sibi quandam multitudinem populi. stantis iuxta crucem
domini et clamantis ad dominum. in qua multitudine sunt aliqui
contriti. aliqui temptati etc. Et quia multiplex est sensus
in psalmis. et multi sunt status hominum. secundum hoc aptentur
unius vel plures versus. Et posset homo etiam considerare
etiam corpus christi in cruce. aliquos versus aptando. impres-
sioni corone spinee. aliquos vulneri dextre manus etc.
Aliud remedium attencionis est ut homo per unum psalmum
concipit sibi unum affectum devocionis ex predictis vel
aliunde. quam metaphorice perficiat ad singulos versus. reclinan-
do ad hunc sensum verborum. Verbi gratia. Dixit dominus domino meo.
cogitet quasi amator ardentissime. Donec ponam inimicos.
ad alium mutet affectum. et eundem continet si fervet
ut laudate pueri. O possent suavissime. et sit continuando
exclamaciones quas loco vie illuminative ponitur in tabula
oracionis dominice videlicet predictis. Et sic per singulos psalmos
potest affectum suum alligare. ne evagetur per diversa. et sit con-
tinue erit memor dei. et habebit cor elevatum. Ex
dictis colligitur presens tabula pro attencione. continens xxviii
clausulas in quatuor lineis. secundum quod in una manu xxviii sunt
loca in quatuor digitis in quibus ut Cassio ianus computatur.

Affectus timoris cum digestione sui et timendi	Cum Maria	Cum discipulis	pro fide deficientibus
Affectus spei de misericordia et bonitate sua	Cum angelis	Cum virtutibus	pro vivis et [illegible]
Affectus gratitudinis de beneficiis perceptis	Cum patriarchis	Cum confessoribus	pro se et parentibus
Affectus dilectionis de perhennali caritate	Cum prophetis	Cum monachis	pro se et lugentibus et pauperibus
Affectus laudis de eius potentia et sapientia	Cum innocentibus	Cum virginibus	pro infirmis et temptatis.
Affectus exultationis de sua perfectione	Cum apostolis	Cum viduis	pro afflictis et captivis
Affectus doloris de passione christi	Cum evangelistis	Cum omnibus sanctis electis.	pro inimicis infidelibus et paganis.

Quatuor Digiti

Pro declaracione huius tabule sciendum quod affectus illi excitatur per exclamacionem et cordis elevacionem. Et ad hoc valet ille devocio | O | Quando | et consilet. Exemplum de affectu timoris. Si tu es tremenda maiestas ubi timor meus. O ardentissime amator quis te diligam dulcedo mea. Illas xxviii clausulas loca in sinistra manu in quatuor digitis pollice excepto. ab intra et extra. Et sic in primo digito habebis septem affectus quos excitare poteris in te. adaptando cuilibet affectui unum psalmum vel plures. unum versum vel plures. et cum pollice punge articulum illius digiti. ut illa punctio vel compressio digiti impediat distractionem. Verbi gratia. Domine dominus noster et psallendo. cogita dignacionem humanitatis gratis in primo articulo dicitur etc. In aliis duobus digitis loca xiiii diversitates sanctorum. et comprime cum pollice articulos singulos per singulos psalmos. Verbi gratia cum beata virgine maria psallenda psalmum. Benedicam dominum in omni tempore. Cum angelis Celi enarrant etc. In primo digito loca hos pro quibus vis orare. et in persona illorum. ac si ipsi hoc orarent psalle Vel dic pater noster. et alias oraciones. Verbi gratia. Dic de profundis ac si anime de purgatorio ad dominum clamarent. hec verba. Miserere mei deus. ac si sancta mater ecclesia hoc pro se et suis filiis exoraret etc. Et hec locatio ac punctio digitorum multum valet pro attencione. quia sic cor hominis multipliciter limitatur ad aliquid determinatum. scilicet ad certum affectum. aut ad certum chorum sanctorum. aut ad certum affectum compassionum proximorum et non erit evagacionis tanta occasio. Hunc modum gerunt Carthusienses. quod totum psalterium sibi constituunt in manu et sic cordetenus attencius psallant. articulos digitorum premendo

quasi in instrumento musico cithazaret . Ex illo tam
fundamento . et proprie ex diuina clementia que multi-
plicat distribuit dona gratiarum . potest homo multa plura
concipere . et in manu sibi constituere . In uno digito . pater
noster . In alio . illas quinque partes salutacionis angelice . scilicet
purissima . perfectissima . etc. Et sic potest se etiam in
laude virginis ferventer exercere . In alio digito vii peccata
mortalia . In alio vii dona spiritus sancti . In ceteris decem precepta
Et sic adiutorio manuum potest in manu plage . medi-
tari psallere . et deum et sanctos eius magnificare . laudare
et superexaltare . Et hec de affectione sufficiunt Iste pro-
bat via oratiua . nota tres orationes breuissimas . prima — oraciones breves nota
est . O artifex potentissime ne despiciatis opus tuum etc.
O imitator prudentissime . ne sinat pure pretium mitacionis tue etc.
O hospes clementissime . purifica . salua . dirige . conserua
domum tuam et hospitium tuum . quod est in baptismo dedicasti
Iste ergo prima via nota triplicem intellectum . diuine orationis
scilicet pater noster . In prima clausula ponitur defectus noster ad
correspondentiam vie purgative . In 2a gratitudo nostra . qua
cognoscimus creatorem nostrum . ut amatorem . nutritorem etc.
per modum vie illuminative . In 3a affectus noster . ad correspon-
dentiam vie unitive . ut patet in tabula sequenti . verte folium

Pater nost	Nos pu pilli sy te	Amator ar-dentis	Qui te diligemus fuerit filiali aore pfettissio
Qui es in celis	Nos vagi et exules	O hospes suavissie	Qui hitabis i hospitio cordis nri ut i celis
Sanctificetur no tuu	Nos terra t sponse	O sapor suavissime	Qui nome tuu dulcesset nob ut oia terra gtepna
Adveniat regnu tuu	Nos ci-vitates	O rex pr clarissime	Qui nos potenti tuo regimi ut no regnet i nob acupia
Fiat vol sic i c z i t	Nos re belles	O preceptor prudentis	Qui gformabimur i oibus volutati tue
Panem nrm co da n ho	Nos me dici	O nutritor sufficientis	Qui sustentabimur i te et plena satie satiabimur
Et d n d n s z n d d n	Nos pec catores	O creditor largissime	Qui suscipies nos prodigos fil remittendo nob omi excessu
Et ne nos i d n i temp	Nos tep tati	O custos diligentis	Qui tutabimur tua custodia ut no prevaleat nob amo ullus adu
Sed li nos a malo	Nos fra giles	O liberator fortissime	Qui liberabimur a fragilit hus et ab oi dispnecien ppetua li

Pro declaratione istius nota q cu dicis pr nr at tende amore que habet pr ad filiu. Tale et ampliore habet deus ad nos. Qu dicis q es in celis. cogita deu i habitatore boaz mentiu q celoru noie itelligunt. Qu dicis Sanctificetur no tuu. optamus ut diuinu nome nobis sapiat et dulcescat plus q terra q stiu d i sit terra. Cu dicis Adveniat regnu tuum optamus no solu eternu regnu. sed etia ut h nos regat z ut sit rex nr. Cu dicis Fiat vo t. s. i te z i t. optamus vt doceat nos. iuxta id. Doce me faceo volute tua q

deus meus es tu. Cum dicit Panem nostrum cotidianum da nobis hodie
optamus ut sit nutritor noster corporalis et spiritualis iuxta
illud Oculi omnium in te sperant domine etc. Cum dicimus Dimitte
nobis etc. optamus quod ut pius creditor nobis relaxet
quod tenemur. Cum dicimus et ne nos etc. optamus ut custo
diat nos. Cum dicimus Sed libera nos etc. optamus non
solum a presenti impugnatore sed etiam ab omni futura. et ab
omni quod noceret sibi displiceret. De via unitiva Capitulum xiiij

De via unitiva. Et est qua quis bene purgatus
et illuminatus amorose unitur creatori suo exultando
de perfectionibus suis. illi soli placere desiderans
perpetue et lete. nunc ipsum magnificat. nunc laudat.
nunc admiratur. totus languet amore dei ut dicere possit
illud canticorum Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Et iterum
Et sponsa subdit. quia amore langueo. Et psalmista
Quid enim mihi est in celo. et a te quid volui super terram. id est ego
puro amo te. non propter dona celorum. aut dona super terram
Et hec via sepe supra tacta est. in via affectiva et sup
lativa. In re enim unum sunt. via affectiva et unitiva
sed habent nomina diversa. Unde per viam unitivam elevat
quis mentem suam in deum. excludens omnes vanitates. propo
nens sibi illud. Vidi cuncta que erant sub sole et ecce uni
versa vanitas. Fiat igitur sicut avis que volat sursum.
et si occurrunt musce id est vanitates non timet sed pertransiat
dicendo. Ad solem tendo. nolo cor meum cum vanitatibus
que in terra sunt occupare. Et acquiritur hec via per recollectionem
intima ab exterioribus ad interiora. ab infimis ad summa
a temporalibus ad eterna. Unde sol ille de quo facta est mentio
ille est de quo dicitur. Tu solus sanctus. Tu solus dominus. Tu solus

bonus est. ¶ Ad illam viam requiritur primo quod homo per vitam
virtuosam assuefactionem et gratiam sit indicatus in virtutibus
quod nullam delectationem habeat in appetitu vane glorie .
in cupiditate diviciarum . in concupiscencia oculorum et gule ¶ . 2o
requiritur internum silencium . ut non occupet se circa exteriora
quid audierit vel viderit foris nichil curando tum in sompno
occurrissent ¶ . 3o requiritur amorosa adhesio cum deo . ut omnia
eius iudicia . omnia facta . omnes doctrinas cum reverencia am-
plectatur ¶ . 4o quod nichil aliud querat . sed reputet sibi
illum dilectum sufficientissimum superexcellens . Illum in corde
suo diligat . super omne quod potest videri . audiri . vel cogitari
ymo super omne quod ymaginari potest . quia totus amabilis . totus
desiderabilis etc. ut supra patuit in via beati bernardi .
¶ . Quinto quod sepe reducat ad memoriam perfectiones dei
et illis divine congratuletur ¶ Et quoniam infinite sint per-
fectiones dei tamen quinque tres occurrunt in quibus sit af-
fectum excitet ¶ . primo congratulor tibi dilecte mi . quod tu es
potentissimus . non quia mi in hoc bene sit quasi commodum
meum querens . sed quia illa est perfectio tua . quia nullum
times . nullius indiges . nemo te expugnare potest . ne-
mo tibi potest resistere . nullus demon . nullus adversarius
et de hoc primo gaudemus ¶ . 2o . congratulor tibi quod
tu es sapientissimus . Illud est perfectionis tue . quod sit te
nullus decipere potest . quia nichil te latet ¶ 3o congratulor tibi
quod tu es summe bonus . hoc est summe perfectionis . quia inmira-
biliter es bonus . Et ita bonus quod te melius . excogitari
non possit . ymo nec dignius nec nobilius ¶ Sexto prin-
cipaliter valet est habere in presenti aliqua verba per que ex-
primat desiderium suum . affabiliter alloquendo dominum . De

hoc hugo de palma carthusien. dat modum se ele-
uandi per viam vnitiuam. Quantam ergo sepius in oratione diuina
potest eam homo prouocare affectum suum per illas docet. O quam
si et consules. Qui dicit quod incipiens vtatur talibus. postquam
autem gratia dei adiuuante exercitatus fuerit. tunc sine omni
cogitatione previa. centies in die. multum amorose mentem
suam in deum eleuare potest. Unde ex inspectione ipsius potest
colligi talis eleuatio. O summa bonitas. O altissima eterni-
tas. O incomprehensibilis sapientie profunditas. O pater piissime
quando te diligam? quando brachiis amoris te constringam? quando
tuis beneficiis. tue misericordie quantum meum faciens vices rependam?
Quando tremende maiestati tue timorem rependam? Quando speculum
tue virtuose vite. scilicet humilitatis. paupertatis. pacientie. obediencie
castitatis ceterisque debitis vestigiis prosequar? Quando festa
tua et sanctorum tuorum. scilicet natiuitatis. resurrectionis. ascensionis.
et debita veneratione congratulabor? Si tu es tremenda
maiestas? vbi timor meus? Si tu es amatissimus
pater meus? vbi amor meus? Si tu es dominus et creator
meus? vbi est seruitium meum? Si tu es inhabitator
et hospes meus? vbi est mundicia digna tanto hospite?
Si tu es vita sanctorum. decor angelorum? vbi est congratulatio
mea? Et sic dum exercitatus sicut pro edificio potius
apponuntur quandoque sustentacula. postea pons stat sine illis
Sic postea spiritus sanctus eleuabit cor hominis sine illis. vt
semper tendat sursum ad frequenter vt Cant. Trahe me
post te in odorem vnguentorum tuorum. et sic habetur aliquid de via
vnitiua. Tamen hec via et sapientia non discitur ex libris.
sed desursum est. et cui vult participat eam pater luminum

hu(iu)s quidem clarius. huius vero obscurius ¶ Pro ista
via sicut deum est valet intima congratulatio perfectionum
dei ut homo in spiritu et canticis iubilet in corde canendo
et pertractet laudes dei. De huius perfectionibus sive laudibus
ponitur tabula infra scripta. Et semper premittitur clausula
Congratulor tibi pater celestis. quia tu es Auctor eendi.
hoc est alpha et o. principium et origo omnium. Cui de te
sic scribit quidam metrista. Huius in arbitrio pendet mor
talia queque. Cum solus cunctis contulit esse suum. Cum
facit et reficit. creat atque creata gubernat. Cuius
idem posse quod velle nec minus habet ¶ Congratulor igitur
tibi in perfectione tua eendi. quia tuum esse est perfectissimum
¶ Primo quia non potes cogitari non esse. quia si tu non esses
nichil esset ¶ 2º quia a nullo alio habes esse ¶ 3º quia omne
quod est a te habet esse Bonitas summa ¶ Primo quia nulla
res est bonitatis sive tam diffusiva sicut tu. sed bonum
quanto communius de tanto melius ¶ 2º nulla res est tam cito
placabilis sicut tu ¶ 3º nulla res est tam desiderabilis. de
lectabilis et amabilis sicut tu. Causa universalissima.
Illa causa qua philosophus sic ex naturali ratione concedebat esse. Sicut
non est processus in infinitum in causis sibi essentialiter
subordinatis. prima causa est. sed non est processus talis in causis
essentialiter subordinatis. igitur prima causa est. Tu es ille princeps
de quo Aristoteles in fine duodecimi methaphisice concludens
librum suum sic dicit Mala est pluralitas principum unus igitur princeps
Decus universi qui cuncta decorasti. Tu es cuius pul
chritudinem sol et luna mirantur Tu es in quem desiderant
angeli prospicere. A te habent decus pulchritudinis. sidera
rose lilia etc. Et a te omnia habent decus suavis melodie

phylomene alaude et omnis avium garrula . et omnia or
gana / A te habet dealis saporis . mel vinum et omnium
pigmentorum genera . A te decoratum est celum syderibus . aer
volucribus . terra animalibus . aqua piscibus etc. Cibus
sustentator omnium . A quacumque enim tu tua subtraxeris sus
tentacionem . vel conservationem . illico ruet in nichilum
Fons sapientie a quo manat omnis thezaurus sapientie et
scientie . Tu es eterna sapientia . attingens a fine usque ad finem
fortiter . disponens omnia suaviter . Cum celorum tenens thro
num . et abyssos intuens . montes ponderans in statera .
terram palmo concludens . et posuisti legem aquis ne trans
cedant fines suos Gloria mundi . Te enim adorant
angeli . laudant archangeli et summo . te iure laudat omnis
creatura . spes nostra . salus nostra . honor noster . gloria nostra .
finis et expectatio nostra Habundantissimus . Tua est
terra et plenitudo eius orbis terrarum et universi qui habitant in ea . Gloria et divitie in
domo tua . Sic honoratur . et dives dicitur qui habet aurum .
quantum honorari debes qui fecisti aurum et gemmas et omnia
que sunt in universo Incomprehensibilis tu es . De te enim dicitur
Magnus dominus et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est finis
Tante enim es excellentie . quod tuam altissimam excellentiam neque
potest capere ad plenum . nec homo nec angelus immo nulla creatura
quia est finita . tu vero infinitus es . sed infiniti ad finitum
nulla est proportio Karitas tu es . et qui in te manet . ma
net in caritate . et tu in eo . Sicut nam ignis est ardere . accendere
et calefacere . sic proprietas tue caritatis est trahere . te largiri
diffundere . Inflammare ad amorem . attendere . salvare . redimere
custodire . liberare . illuminare . Vivere et sicut dicitur Deus cui proprium
est misereri etc. Loco incircumscriptibilis et tu ubique es

Si ascendero i celu tu illic es etc. De te dicit Bernhardus
Deus ubiq regnat . ubiq imperat . ubiq maiestas
eius oia iplet . Sta in iferno exercens actu iustitie
tue . sed dicere hoc fieri in absentia tua . pfidia e
Sic etia es in tpe . imensurabilis . Res eni q ab
eterno fuit . atq an oe tepus fuit . Quonio g gme
suat tpe . qd fuit . qn no fuit tepus ? Merces scor
iubilus agelorum speculu oim electorum Norma .i.
regula et exemplar oim . Res eni de quanto tibi
ppinquior . tanto nobilior . Aliqua habet ee tetu . Aliq
ee et uiue . et sut nobiliora prioribus Aliqua uiue ee
et discerne . et sut scdm natura nobiliora prioribus
Aliqua ultra hec habet primu ee et virtuosu ee . et
sut tibi plus ceteris ppinqua . per sincerissima eni
tua boitate e in te oib exemplaritas virtuositas et
gnecabilitas O rdo sive ordinator vniuersorum qui
qui singula locas scdm suu statu et sua merita
sursu et deorsu . sicut prudens pictor ponit colores .
hic rubeu . hic nigru ut decoret opus suu Per
fectissimus sine oi defectu . qui nullius idiges . tibi
ipi es sufficiens . quo melius et dignius . et nobilius
et pfectius . nec e nec excogitari pt . Quicqd est
laudabile et pfectiois in creatura i positio . hoc e
boe9 in te in siplatiuo Quietissimus . ut dicit boecius
O qui ppetua mundu roe gubernas . Terrar celiq
sator . Qui tepus ab evo ire iubes . stabilisq pma
nes das cuncta moveri . Principiu rector . dux semita
finisq ide . Tu requies tranquilla piis . te cernere
finis E Es etia imobilis et immutabilis . qr ubiq

es ut patuit ex premissis . Res autem que movetur quod
tendit ad locum quo prius non fuit . Immobilis autem quod
ubique est non habet quo tendat Recreator omnium qui
dixisti Venite ad me omnes qui laboratis . Anima enim quando
in te radicata in centro suo et recreata et quietata est
que vero in te non est . multis variis fatigationibus
fatigatur Sufficientissimus . Qui te habet . totum habet
Qui te non habet mendicus est et pauper . quia quidquid
preter te est . non reficit . et si reficit non sufficit . et
si ad tempus sufficit . non tamen perpetue satiat . qui adhuc
amplius querit . Qui autem te habet . satiatus est . finem
suum habet . non habet ultra quod querat . quia tu es super
omne visibile . audibile . odorabile . gustabile . tangibile .
sensibile Item adhuc altior es . super omne figurabile
imaginabile . circumscriptibile Item altissimus es super omne
determinabile . diffinibile . opinabile . investigabile . estimabile . ymaginabile . et totus es amabilis . maxime
laudabilis et summe desiderabilis Thesaurus fidelium.
Ubi enim thesaurus vester . ibi et cor vestrum . Quidquid enim
nobis auferatur . si tu in nobis permanseris sufficit nobis
Tu es illud unum quod dixisti marthe esse necessarium . In te
summa complacentia nostra . Et ideo si horreat nos totus mundus .
si tu nos approbas sufficit nobis . Desiderium nostrum
tu es . Utinam tu placeres toti mundo et totus mundus
faceret beneplacitum tuum . Pro illo deberemus moveri zelo caritatis Vita a quo habent vivere omnia . In quo nos movemur et sumus . De te enim dicitur . ex ipso . et per ipsum .
et in ipso sunt omnia tibi honor et gloria in secula seculorum
Xpistus intelligitur unctus . Tu siquidem es talis unctio

et falsa q̄ apposita unicuiqȝ rei mundi. facit ipaȝ
sapidā. In electis enī est sapor gratie In dapnatis
est sapor iusticie. et vindex iniquitatū. Tu es creator
gubernator. redemptor iustificator. retributor et
glorificator ꝛc. Huius pfectionibꝫ congratulando. aīa
mea liquefacta ē. Et quid agā in pace in idipsum
dormiā et requiescā. et dicā. Nolite suscitare dilectam
donec ipa velit. In laudes tuas prumpā. Et si dignē
laudare te negam. de te tn̄ nō sileam. tū solū de
te gaudeā. Tu enī es dulcis sapor. iste q̄ te gustat
ihū xpē tuo victus a sapore mori posset p amore
Te solū amās vince dilecte mi pulcherime. vbi q̄so vis
gmorarē. vbi vis ut gitaris. qui sapis et dulcescis
O dulcis hospes aīe. esto hospes mi. sicut tibi tecū
tecū sine fine Amē. De via exultatiua. b. gregorii ca xv.

De via exultatiua ~~exultatiua~~. q̄ ascribit' beato
~~gregorio~~. q̄ pertractat et meditat' gaudia ce
lorū. Vñ in quadā omelia sic scribit. Que li
gua pt dicē. aut quis intellectꝰ pt capē. illa
superne ciuitatis quāta sint gaudia. angelorꝫ choris
interesse ꝛc Vocat' autē hec via exultatiua. uel co
gratulatiua. qr p eā hō congratulat' glorie dei ꝛ sctorꝫ
Et p eā hō meditat' gaudia q̄ sūt in celo. quibus
meditatis leniꝰ portat oē qd' grauat in hoc mundo
Vñ gregoriꝰ minuit pondꝰ laborꝫ spes premiorū.
¶ Sciendū. q volens mētē suā p hāc viā eleuare
ad congratulandū supernis ciuibus. Primo videat quō
inter se distincti sint. scdm̄ diūsa eorꝫ merita. quod
haberi poterit ex aliquali eorꝫ similitudie regni celestis

et regnum terrestris. Unde sicut in regno terrestri. sunt
diversi status hominum. sic poterit meditari de regno celesti
Et sicut venies ad palatium regis terreni salutares
omnes secundum ordinem. et congratulares honori eorum. Sic tu
attende mentaliter regnum summi regis et saluta. lauda.
et congratulare honori et glorie omnium. De hoc ponitur talis
tabula similitudinis. In palatio regis terreni sunt primo
Rex. In celesti curia est rex regum. deus. In hoc ordine
saluta quemlibet secundum suum statum et dic. Salue rex
regum. saluator et gubernator omnium. contemplor maiestatem
tue. pleni sunt celi et terra gloria tua. Tu prefulges in
regno tuo sicut sol inter sidera. Regina ibi est regina. maria.
Salue et gaude regina celorum. mater regis angelorum
tu carissima. pulcherrima. purissima. potentissima domina.
Post hanc. secretarii et nuncii et sunt angeli assistentes
et nuncii. Saluete et gaudete spiritus innocentissimi. qui
numquam a beneplacito veri creatoris deuiastis. Post hos
principes et comites et senes. sunt ibi patriarche.
Gaudete et saluete. quia ex genere vestro natus est saluator
mundi. Post hos consiliarii. et sunt prophete. Saluete
et gaudete. quia vobis inspirata sunt. consilia secreta
dei. et completa sunt que fideliter prophetastis. Item fideliter
assistentes in exilio sunt ibi. et sunt apostoli. Saluete
et ~~exultate~~ gaudete qui fideliter permansistis cum rege
celorum in exilio mundi. qui vobiscum esurivit. comedit
dormivit et pedes lavit. Cancellarii. et sunt euan-
geliste. Saluete et gaudete notarii regis altissimi
qui vitam et gesta regis fideliter euangelizastis et scrip-
sistis. Milites. et sunt martires. Saluete et gaudete

Tabula. Saluta de
Rex
Regina
Secretarii nuncii
Principes comites p
Consiliarii
Assistentes
Cancellarii e
milites. m

vos constantissimi milites. qui pro honore regis sanguinem
vestrum fudistis. Thezaurarii. et sunt confessores et doctores
Salvete et gaudete ~~vos~~ qui talenta vobis tradita et
thesaurum cum multiplici lucro reportastis. quorum doctrina
fulget ecclesia ut sol et luna. Vigiles. Et sunt monachi
et heremite. Salvete et gaudete. qui aliis dormientibus
contra inimicos regis vestri orando et psallendo vigilastis
Virgines. Salvete et gaudete. que sponsos mortales
et regnum mundi contempsistis. propter amorem sponsi celestis
ad cuius thalamum iam cum lampadibus intrastis. Vidue.
et dispensatrices. Salvete et gaudete. que opes vestras
Christo in pauperibus fideliter dispensastis. Communis populus et
vulgus. et est turba omnium electorum. Salvete et gaudete
omnes filii electi. qui diversis meritis et virtutibus regnum in-
troistis. Congratulamur vobis omnibus Orate pro nobis
Item pro ampliori elevatione mentis ad illa futura
gaudia videatur de gaudiis celorum hec tabula. co
Amotio omnis adversitatis. Ibi non est fames. sitis fri-
gus nec estus. Beatissima presentia omnis bonitatis. Con-
sortium angelorum dulcissime amenitatis. Dotes corporis
summa agilitas. subtilitas. impassibilitas. claritas.
Excellentissima dona anime. cognitio. comprehensio di-
lectio summe maiestatis. Fruitio speculi ineffabilis
iocunditatis. Gaudebit quilibet de bonis meritis
singulorum. Honorabitur quilibet. sicut filius regis celorum
Iuventus sine senio. Karitas sine odio. Lux iocundissima
sine obscuritate. Maxima vocum iubilatio cum perpetua
securitate. Noticia omnium fratrum sine dubietate. Ordo
meliorum delectabilis cum multiplici varietate. Pax

inexaffabilis sine timore finiti. Quanta ibi sint
gaudia. nec potest dici nec scribi nec ymaginari.
Requies sine tedio tot milium amorum. Satietas
omnium spiritualium desideriorum. Tristicia ibi non est neque
luctus. neque clamor. sed nec ullus dolor. Validissima
potestas. perpetua securitas et sanitas et summus amor.
Xpus ibi sponsus. pater et frater. rex dominus et finalissimus
amor. **De doctrinis quibusdam servandis circa premissa**

Postquam debes vive taliter qualiter xpo adunare se
expedite. pro conclusione videantur alique doctrine
servande circa premissa. que ut clausulatim
pateat. et ut facilius cordi retineri possint ponantur
secundum ordinem alphabeti. Et cuius summa cuiuslibet clau-
sule premittitur. De Abstractione. volens fervenciter
meditari debet se abstrahere. ab appetitu honorum. con-
cupiscenciarum et diviciarum. quia hec fantasmata distrahunt
meditantem. Bona vita. Debet enim fructuose vivere
quia in malivolam animam non introibit spiritus sapientie. nec spiritus
meditacionis. Constanti fiducia ad dilectum. et non fa-
aliter desistat ab amore dilecti. propter innumeras temptaciones
quibus cum dyabolus impedire meditantem pro diversa. Tu
autem dic. Ego confido in eum qui ait. Fili prepara cor
tuum in. Qui non vult mortem peccatorum. qui peccatores vult
salvos facere. Nichil quod durum vel turbulentum. de dilecto
medita sed dic illud Job. Etiamsi occiderit me sperabo in
eum. Disposicione corporali. Cum solus es poteris uti
diversis cerimoniis in disposicione membrorum. nunc ele-
vando manus ut aaron. nunc genua flectendo ut sa-
lomon. nunc te prosternere. ut xpus in monte oliveti.

nunc sede ut maria magdalena ad pedes domini .
nunc brachia in modum crucis extende ut xpus in
cruce . nunc oculos in terram deflecte ut publicanus
nunc in altum leva ut apostoli in ascensione domini . et sic
poterit illa diversitas exteriorum . diversificare affectus
interiores . in quantum tibi nobis sit singularis . si inclina
cum inclinantibus . exhibendo reverentiam filialem domino ut
patri . flecte cum flectentibus . exhibendo reverentiam quam ex
hibet servus domino . prosterne cum prosternentibus . recog
noscendo in te tuum iudicem et te terram . et in pulverem
redigendum Item valet de congruo tempus nocturnum et
locus solitudinis . In hiis tamen quilibet habundat in
sensu suo Exercitatione diversorum . et diversificet
actus tuos iuxta illud . Nunc lege nunc ora . nunc cum
fervore labora Sic erit hora brevis et labor ille
levis . Si enim velles continue unum actum insiste
nimius proficeres . et cito te destrueres Fine meditacionis .
Finis meditacionis non propter timorem tuum non propter evadere
penas . neque spe merendi neque premii celestis . neque propter dulcedinem
meditacionis . quia ille esset amor mercenarius . sed medi
tare puro filiali amore . ut cor tuum preparares habi
taculum deo . ut det locum gratie . ut facias beneplacitum
eius . quia delicie sue sunt esse cum filiis hominum qui delectatur in
salute nostra Item quia ad hunc finem creata est anima rationalis
ut creatori suo dulcissimo . cordialiter et amorose uniatur
hic in via per meditaciones . et in futuro per perpetuam frui
cionem Et breviter debes in hoc querere gloriam dei .
postea honorem sanctorum . utilitatem ecclesie . salutem tuam . ex
amando tibi omnia in gloriam dei iuxta illud apostoli . Sine quo

sine libanes etc. Gratitudine gratie. Si aliquod bonum
in te sentis gratias age. Noli superbire. Non est volentis
neque currentis sed miserentis dei. Noli presumere. Circa enim
meditacionis datum bonum et malis. Habundantia puc-
torum. Debes enim secundum stercorem cancellarii pirsley di-
uersa habere puncta per que te amore inflamare possis
cum incipis. De hoc vide supra. Intimitate. Debes
in te corpore semper quocumque vadis. quasi per oculis tuis
habes dilectum tuum. nunc crucifixum. nunc fugientem in
egiptum etc. et intimis iubilacionibus ad eum ab intra lau-
dans dulciter et affabiliter loqui. necessitates expone. auxi-
lia pete. Karitatis accensione. Quale tibi vis
esse deum. scilicet benignum. tale te exhibe proximo tuo.
Nullum contempne. sit eris amicus dei. Ille enim nullum hor-
ruit nullum contempsit. sed amicorum idem est velle et nolle
Vel sit anima faciliter infrigidatur. indigemus accensione.
caritatis sermone per gemitum oracionis. igne pacis xpi
per compassionem xpi. et per desideria adherendi ut supra
cum te diligam etc. Labore. Oportet te apponere la-
borem. Et merito. Omnibus in factis. gravius est incepcio primo.
postea tibi alleviatur omnis. Vides quantos labores sus-
tinent agricole pro fructu terre. mercatores pertransseunt
mare. multis se ingerunt periculis. milites vulnera
belli sustinent pro transitoriis. et tu sine labore esse non
debes. Moderatione operum per distinctionem. Ne quod
nimis. ne nimis volens eundem vas ipsum frangat.
Tene medium. Non sis nimis remissus. nec nimis in-
quietus. vel. Omnibus adde modum. modus est pulchritudo
virtutis. Naturali conuictione. Attende quid nature

tue aggrauat Quibusda eni pdest multu psiste
orõi . quibusda meditati . Alij facilius trahuntur iudicio
ronis . alij cpassione . alij bnficior psideratoe . Alij
sunt utiliores ad vita actiua . alij ad cteplatiua &c.
Sic de cibo et potu . debes natura tue cplexionis
attende . et de utroque moderate sumere . Uni eni est
mediu . qd alteri no sufficit . Sed attende neque cor
grauetur crapula . O rdine . Ut sapias a via purga
tiua . ut prius abluaris et mundetis . atque p via illumi
natiua te dilecto cõiugas . Non eni decet lutosu et sordidu
antequa lotus sit ad osculu regis prorumpere . Non eas po
in tecto anteque distas ire in terra P romptitudie
Ut in vita tua ita te habeas refectione . in sopno et
ut semp promptus sis ad eleuadu cor tuu . Et uni
ficet in te illud . Sursu corda habentes ad dnm . Ut
prompte dicere possis . Deus deus meus ad te de luce vigilo
Sis igitur districtus vigilado et promptus et semp bone
voluntatis Q uiete . Ut quãque distractione et ingerit
fugias . in pace in idipsu requiescas . nisi ex officio
a obediencia a obligatoe tenearis insistere occupatoi
Fuge ty indicia et suspiciones . que multu inquietat cor
Et si ceperis cogitaciones suspicandi . relinque eas no
determinado sniam . sed dic . Cum nos iudicat dns e
Dubia interpretare in meliore pte Et si alter ceciderit
cpatere ei et dic Si hec temptacio me inuenisset . forte
psiderans me decepisset R ecollectione . Sepe te recol
lige ab inferius ad suma . a temporalibus ad eterna . ab ex
terioribus ad intima . a vanis ad diuinatura . Noli videre
vanitates . noli audire fabulas . Dic Vidi cuncta que

erant sub sole . et ecce vniu'sa vanitas . Solus dilectus
meus bonus . solus amabilis . candidus et rubicundus michi
sufficientissimus . Sic enim facit puer . qui non vult aliquo
reputari q' melior esse preter suo . Servicio sanctorum . Ha
beat aliquos speciales sanctos . quibus cotidiana impendat
servicia ut semper assistent in conspectu dei pro te . item
dedo . ut beatam virginem . angelum tuum . apostolum martirem vir
ginem q' confessorem q' plures qui orent pro te . Totali sub
iectione . Ut totum te subiciat voluntati dei ut dicas
cum Pe ihesu . sicut tu scis et vis . ita mecum age . Et
si graciam meditacionis tibi dederit . cum timore suscipe .
si non dederit cum paciencia sustine . Quicquid tecum egerit sis
contentus sine murmuracione . Ita esto quasi unus preter eum
eo . ut nichil te putes scire nisi ihesum xpm et hunc cru
cifixum . Ultiori tendeas pro perfecte contemplacionis . Si in
religiosus es ut dicit Cancellarius parisiensis teneris tendere ad
perfecte contemplacionis . etiam si non in fine vite tue comprehendes
quod hoc exigit status tuus . Ad militem spectat miseros
defendere . Ad rusticum laborare . Ad religiosum contemplacioni insistere . Et
Ut dicit Bonaventura . Ubi dimittis una die . ibi altera in
cipe ut facias sicut volens ascendere montem altum . Cum
quiescere vult . non semper revertitur ad pristinum locum . sed
in eodem loco sedet et quiescit . et ibidem incipit post
quietem . Nos autem ideo non proficimus in contemplacione . quia
quod hodie cum difficultate et gratia dei acquirimus . cras
ingerendo nos levitatibus . q' fabulis . q' voluptatibus per
dimus et sic de ascensu montis ad vallem prolabimur . et non
continuamus . Xpo ut nichil preponas ei semper deprecans
ut sit adiutor tuus . protector . director et finis Amen.

Explicit alphabetum divini amoris . scriptum per magistrum
fratrem I de lydum carthusiensem . quem ihesus xpus regat
in secula . dirigatque feliciter ad sanctorum gaudia Amen.

Perfecta celebratio [illegible] [illegible] vitā opa [illegible]

38. Johannes Gerson: Tracts. De spirituali medicinatis (ff. 1-48) — De viciis ministrorum ecclesie (ff. 49-67) — Sermo de tribulationibus ecclesie (ff. 67v-71) — De pollutione diurnis (ff. 73-79v) — Expositio clausule dominice (ff. 79v-80v) — Oratio anxii peccatoris (ff. 80-81v) — Considerationes XII (ff. 81v-82v) — De monte contemplationis, trans. from French (ff. 85-117) — Alphabetum divini amoris (ff. 117-142).

Vel. and pap., 144 ff., 21 x 14 cm. Written by three hands; one, Theodoric of Haarlem, wrote at the Carthusian monastery of Cologne, 1456. Calligraphic initials. Bound in orig. leather over wood boards.

Carthusian monastery at Cologne; Leander van Ess (no. 171); Sir Thomas Phillipps (Ms. 555); bookplate of Gerald P. Mander. Presented in 1958 by David P. Wheatland.

